

OEUVRES
DE C. SOLLIUS
APOLLINARIŞ SIDONIUS

TRADUITES EN FRANÇAIS
AVEC LE TEXTE EN REGARD ET DES NOTES.

PAR

J.-F. Grégoire et F.-B. Collombet.

« Sidonius est pour nos Gaulois le César
et le Tacite du moyen âge. »

Ch. NODIER, bibliothèque sacrée.

TOME SECOND.




LYON,
PÉLAGAUD ET LESNE, IMPRIM.-LIBRAIRES,
Grande rue Mercière, 26.

1839.

B.U. DE BORDEAUX



OBXA0019377



OEUVRES
DE C. SOLLIUS
APOLLINARIS SIDONIUS,

TRADUITES EN FRANÇAIS

AVEC LE TEXTE EN REGARD ET DES NOTES ,

PAR

J.-F. Grégoire et F.-Z. Collombet.

« Sidonius est pour nos Gaulois le César
et le Tacite du moyen âge. »

Ch. Nodier , *Bibliothèque sacrée.*

TOME SECOND.

A LYON,

CHEZ M.-P. RUSAND , IMPRIMEUR-LIBRAIRE ,

Grande rue Mercière , n. 26.

A PARIS ,

CHEZ POUSSIELGUE-RUSAND , LIBRAIRE ,

Rue Haute-Feuille , n. 9.

1856.

- Bibliothèque -
R. ETIENNE
2/A SID
50212
- INVENTAIRE -
CNRS
UNIV. MONTAIGNE

CALIGARIUS

THEATRUM SOCIONI

THEATRUM

LETTRES.

THEATRUM OPIUM

THEATRUM

SIMONIS ET THERONIS PRO SEVITATE

Autem duplo necessariis dilectione rite servare debet.
Namque pietatis amorem pietate et dilectione
convenit, utrumque coniunctim, cum diligenter
etiam dilectione, et ut in multis officiis munera con-
ducantur, sed ex pio ipso conseruandissimum est id eorum
temporibus; nam enim omnes inter alii inserviunt
temporibus; etiamque tempore; etiamque tempore;

CAII SOLLII

APOLLINARIS SIDONII
EPISTOLÆ.

LIBER QUINTUS.

EPISTOLA I.

SIDONIUS PETRONIO SUO SALUTEM.

AUDIO quod lectitandis epistolis meis voluptuosam patientiam impendas. Magnum hoc est et litterarum viro convenientissimum , cum studiis ipse maximis polleas , ea et in aliis etiam minima complecti. Sed ex hoc ipso consummatissima tibi gloria reponderatur ; nam satis eminent meritis ingenii proprii qui fuerit fautor alieni.

Commendo Vindictum necessarium meum, virum religiosum , et leviticæ dignitati, quam nuper in-

CAIUS SOLLIUS

APOLLINARIS SIDONIUS.

LETTRES.

LIVRE CINQUIÈME.

LETTRE I.

SIDONIUS A SON CHER PETRONIUS, SALUT.

HISTOIRE II

J'APPRENDS que tu mets beaucoup de plaisir et de temps à lire mes lettres. C'est une chose admirable et bien digne d'un homme de lettres aussi distingué que toi, de ne point dédaigner dans les autres même ce qu'il y a de plus petit. C'est aussi là ce qui fait ta plus grande gloire; car on brille assez par son propre talent, quand on favorise celui d'autrui.

Je te recommande Vindicius mon ami, personnage religieux, et bien fait pour la dignité légitime à laquelle

deptus est , accommodatissimum ; cui meis e pugilariibus transferre quæ jusseras non vacans , per quam provinciam fuit , hic vobis aliquid næniarum munusculi vice detulit ; quanquam , quæ tua sanctitas , semper grandia litteras nostras præmia putet.

Interea necessitatem præfati portitoris insinuo , quem traxit isto negotii oborti bipartita conditio . Siquidem hac definitione perrexit ut aut ineat litem , aut adeat hæreditatem . Nam patruei paterno caelibus intestatoque defuncto , per agnationis prærogativam succedere parat , nisi tamen coepitis factiosa vis obviet . Contra quas tamen cunctas difficultates solus , post opem Christi , supplici tuo sufficis , cuius confido quod si meruerit persona gratiam , consequetur causa victoriam . Vale .

EPISTOLA II.

SIDONIUS NYMPHIDIO SUO SALUTEM.

LIBRUM de statu animæ tribus voluminibus illustrem Mamertus Claudianus peritissimus christianorum philosophus , et quorumlibet primus eruditorum , totis sectatæ philosophiæ membris , artibus

il vient d'être élevé. N'ayant pas le loisir de te porter ce que tu m'avais demandé de mes tablettes , vu les affaires dont il était chargé , il te remettra du moins , en guise de présent , quelques bagatelles. Au reste , avec la politesse qui te caractérise , tu veux bien toujours regarder mes lettres comme des dons pleins d'importance.

En attendant , je te recommande le porteur qu'une affaire pressante conduit dans ta ville. Il s'y rend avec le double but , ou de commencer un procès , ou de recueillir un héritage ; car il doit , par la prérogative de la parenté , succéder à un oncle paternel mort célibataire et sans avoir fait de testament , à moins toutefois qu'une intrigue violente ne vienne traverser son entreprise. Mais , contre tous les obstacles , tu peux seul , après le secours du Christ , suffire à ton suppliant , et je ne doute pas que si sa personne trouve grâce auprès de toi , sa cause ne soit victorieuse. Adieu.

LETTRE II.

SIDONIUS A SON CHER NYMPHIDIUS , SALUT.

MAMERTUS CLAUDIANUS , le plus habile philosophe des chrétiens , le premier de tous les savans , a pris soin d'enrichir et d'orner de tous les membres , de toutes les parties , de tous les secrets de la philosophie profane ,

partibusque comere et excolare curavit, novem quas vocant Musas, disciplinas aperiens esse, non feminas. Namque in paginis ejus vigilax lector inveniet veriora nomina Camœnarum quæ propriam de se sibi pariunt nuncupationem. Illic enim et grammatica dividit, et oratoria declamat, et arithmeticæ numerat, et geometrica metitur, et musica pondusat, et dialectica disputat, et astrologia prænoscit, et architectonica struit, et metrica modulatur. Hujus lectionis novitate lætatus excitatusque maturitate, raptim recensendam transferendamque, ut videras, petisti, ut petieras, impetrasti sub sponsione citæ redhibitionis. Nec me falli, nec te fallere decet. Tempus est commodata restituï, quia liber ipse si placuit, debuit exhibere satietatem; si displicuit, debuit movere fastidium. Tu autem, quidquid illud est, fidem tuam celeriter absolve; ne si repetitum libellum serius reddere paras, membranas potius videaris amare quam litteras. Vale.

EPISTOLA III.

SIDONIUS APOLLINARI SUO SALUTEM.

PAR erat quidem garrulitatem nostram silentii vestri talione frenari. Sed quoniam perfecta dilectio non tam debet recolere quid officiorum solvat,

un livre remarquable *sur la Nature de l'ame*, et en trois volumes, où il prouve que les neuf Muses ne sont point des femmes, mais les sciences personnifiées. Car, dans ses pages, un lecteur attentif trouvera les noms véritables des Muses qui se donnent à elles-mêmes leur dénomination réelle. Ici, en effet, la grammaire divise, l'art oratoire déclame, l'arithmétique nombre, la géométrie mesure, la musique pèse, la dialectique dispute, l'astrologie devine, l'architecture construit, et la poésie module. Charmé de la nouveauté de ce livre, émerveillé d'un sujet si profond, dès que tu l'eus vu, tu me demandas à l'examiner à la hâte, et tu l'obtins à condition que tu le rendrais promptement. Il ne convient ni que je sois trompé, ni que tu me trompes. C'est temps de rendre ce que je t'ai prêté; car si le livre a pu te plaire, tu dois le connaître assez; s'il t'a déplu, tu dois en être dégoûté. Quoi qu'il en soit, hâte-toi de tenir ta parole, de crainte qu'en rendant trop tard le livre redemandé, tu ne sembles aimer plutôt les membranes que les lettres. Adieu,

LETTRE III.

SIDONIUS A SON CHER APOLLINARIS, SALUT.

Il était juste, sans doute, de mettre un frein à mon importun babil, en gardant le silence. Mais, comme l'amitié parfaite doit moins se rappeler ce qu'elle rend

quam meminisse quid debeat, etiam nunc laxatis
verecundiæ habenis obsequium alloquii impudentis
iteramus. Cujus improbitas vel hinc maxime dignos-
citur, quod tacetis. Ergo ne quid tempore hostili-
tatis ageretis, frater, nosse non merui? Dissimulastis
trepido pro vobis amico vel securitatem prodere vel
timorem? Quid est aliud si requirenti tuas suppri-
mis actiones, quam suspicari eum, qui tui solli-
citus existat, aut certe non gavisurum compertis
prosperis, aut tristem, si diversa cesserint, non
futurum? Facessat hæc a bonis moribus impietatis
opinio, et a candore suo vera caritas nævum tam
miseræ suspicionis eliminet. Namque, ut Crispus
noster affirmat, *idem velle atque idem nolle, ea demum
firma amicitia est.* Interea si vel vos valetis, bene
est. Ego autem infelicitis conscientiæ mole depressus,
vi febrium nuper extremum salutis accessi, utpote
cui indignissimo tantæ professionis pondus impac-
tum est, qui miser ante compulsus docere quam
discere, et ante præsumens bonum prædicare quam
facere, tanquam sterilis arbor, cum non habeam
opera pro pomis, spargo verba pro foliis.

Quod restat, orate ut operæ pretium sit, quod ab
inferna propemodum sede remeavimus, ne si in
præteritis criminibus manserimus, incipiat ad ani-
mæ potius mortem pertinere quod vivimus. Ecce
quod agimus, indicamus; ecce adhuc quid agatis,
inquirimus. Fit a nostra parte quod pium est, vos

de bons offices , que se souvenir de ce dont elle est redevable , je viens encore , lâchant la bride à toute retenue , vous réitérer sans pudeur un hommage de lettres : ce qui prouve le mieux l'inconvenance de ma conduite , c'est que vous vous taisez. Quoi donc ! ce que vous faitiez en temps de guerre , n'ai-je pas mérité , mon frère , de le connaître ? Avez-vous redouté de faire part ou de votre sécurité , ou de vos craintes , à un ami qui tremble pour vous ? Qu'est-ce autre chose , si l'on cache ses actions à celui qui demande à les connaître , que s'imaginer qu'un homme plein de sollicitude pour vous , ou ne se réjouira pas en apprenant vos succès , ou ne s'attristera pas de vos revers ? Que cette pensée impie n'aille pas ternir un beau caractère , et que la véritable amitié chasse loin de sa franchise la flétrissure d'une si indigne opinion. Car , ainsi que l'affirme notre Crispus : *S'accorder sur ce qu'on veut et sur ce qu'on ne veut pas , voilà ce qui caractérise une solide amitié.* En attendant , si vous vous portez bien , j'en suis ravi ; quant à moi , accablé sous le poids d'une malheureuse conscience , j'ai été conduit par une fièvre violente aux portes du tombeau. Malgré mon indignité , on m'a imposé le fardeau d'une profession sublime , à moi malheureux , qui , forcé d'enseigner avant d'avoir appris , et osant prêcher le bien avant de le pratiquer , suis semblable à un arbre stérile , et qui , n'ayant pas des œuvres pour fruits , ne donne que des paroles pour feuilles.

Il me reste maintenant à vous demander d'obtenir par vos prières qu'il me soit profitable d'être revenu du séjour infernal , en quelque sorte , de peur que , si je persévere dans mes crimes passés , la vie qui m'a été donnée ne soit plutôt la mort de mon ame. Voilà que nous vous avons fait part de ce que nous faisons : voilà encore que nous demandons à savoir ce que *», vous faites.* Nous vous fauons

deinceps facite quod videtur. Illud sane velut atticas leges ita ære credite incisum, nos, sub ope Christi, nunquam admissuros amoris terminum, cuius studiimus fundare principium. Vale.

EPISTOLA IV.

SIDONIUS SIMPLICIO SUO SALUTEM.

Quod non recepi scripta, qui miseram, imputo amicitiae, sed deputo plus pudori. Nam, nisi præter æquum autumo, ut salutatio mihi debita dissimularetur, non illud contumacia, sed verecundia fuit. At si ulterius paginæ garrienti forem claudis, pessulum opponis, quieti quidem tuae non invitus indulgeo, sed non procul a te reos meos inventurum me esse denuntio. Nam totam silentii vestri invidiam verti non injurium est ad superbiam filiorum, qui se diligunt sentientes quoddam patiuntur de nostra sedulitate fastidium; quos monere pro patria auctoritate debetis, ut contractæ apud nos offendæ amaritudinem politis affatibus dulcare non desinant. Vale.

Fit

accomplissons , nous , un devoir pieux ; vous , maintenant , faites ce que bon vous semble. Croyez - le , c'est une chose gravée , comme les lois attiques , sur l'airain , que nous ne mettrons jamais de bornes , avec le secours du Christ , à une amitié dont nous nous sommes efforcés de jeter les fondemens. Adieu.

LETTRE IV.

SIDONIUS A SON CHER SIMPLICIUS , SALUT.

Si je n'ai point reçu de réponse , moi qui t'avais écrit , j'en accuse l'amitié , mais bien plus encore la retenue ; car , à moins que je ne me trompe , si tu m'as refusé des salutations qui me sont dues , c'est l'effet , non point de l'opiniâtreté , mais de la réserve. Toutefois , si tu fermes encore la porte à ma page causeuse , si tu lui opposes le verrou , c'est sans doute malgré moi que je ne trouble pas ton repos ; mais , je te le déclare , je saurai trouver mes coupables non loin de toi. Car , tout ce qu'il y a d'odieux dans votre silence , je puis à bon droit le rejeter sur l'orgueil de vos fils qui , se sentant aimés , éprouvent une sorte de dégoût à la vue de nos empressemens. Vous devez , en vertu de l'autorité paternelle , leur faire entendre qu'ils sont dans l'obligation d'adoucir sans cesse , par l'amabilité de leurs discours , l'amertume de l'offense dont ils sont coupables envers moi. Adieu.

EPISTOLA V.

SIDONIUS SYAGRIO SUO SALUTEM.

CUM sis consulis pronepos , idque per virilem successionem , quanquam id ad causam subjiciendam minus attinet , cum sis igitur e semine poetæ , cui procul dubio statuas dederant litteræ , si trabeæ non dedissent , quod etiam nunc auctoris culta versibus verba testantur , a quo studia posterorum , ne parum quidem , quippe in hac parte , degeneraverunt , immane narratu est , quantum stupeam sermonis te germanici notitiam tanta facilitate rapuisse. Atqui pueritiam tuam competenter scholis liberalibus memini imbutam , et sæpenumero acriter eloquenterque declamasce coram oratore satis habeo comperatum. Atque hæc cum ita sint , velim dicas unde subito hauserunt pectora tua euphoniam gentis alienæ , ut modo mihi post ferulas lectionis Maronianæ , postque desudatam varicosi Arpinatis opulentiam loquacitatemque , quasi de hilario vetere novus falco prorumpas ? Æstimari minime potest , quanto mihi cæterisque sit risui , quoties audio , quod te præsente formidet facere linguæ suæ bar-

LETTRÉ V.

SIDONIUS A SON CHER SYAGRIUS, SALUT.

COMME tu es en ligne masculine petit-fils d'un consul, puis, ce qui va mieux encore à notre sujet, du sang d'un poète à qui, sans doute, les lettres auraient élevé des statues, si les *trabées* ne lui en avaient fait éléver déjà (et cette gloire d'auteur dans un genre où sa postérité ne lui est pas inférieure, se trouve attestée aujourd'hui même par les beaux vers qui nous restent de lui), je ne saurais vraiment dire combien je suis étonné de la facilité avec laquelle tu as appris la langue germanique. Je me rappelle tout le soin que l'on a mis à façonner ton enfance aux belles-lettres, et je sais que bien des fois, devant le maître qui t'enseignait l'art oratoire, tu as déclamé avec une chaleureuse éloquence. Or, puisqu'il en est ainsi, dis-moi, je te prie, comment tu as saisi si vite l'accent d'une langue étrangère; en sorte que, après avoir fait une étude spéciale de Virgile, après avoir essayé d'atteindre à la richesse et à l'abondance de l'orateur d'Arpinum, tu prends l'essor, semblable à un jeune faucon qui s'élance de son ancienne demeure? Tu ne saurais croire combien nous rions, moi et les autres amis, toutes les fois que nous apprenons qu'un barbare craint de faire, en ta présence, un barbarisme

barus barbarismum. Adstupet tibi epistolas interpretanti curva Germanorum senectus, et negotiis mutuis arbitrum te disceptatoremque desumit. Novus Burgundionum Solon in legibus disserendis, novus Amphion in citharis, sed tricordibus temperandis, amaris, frequentaris, expeteris, oblectas, eligeris, adhiberis, decernis, audiris. Et quanquam æque corporibus ac sensu rigidi sint indolatilesque, amplectuntur in te pariter et discunt sermonem patrum, cor latinum.

Restat hoc unum, vir facetissime, ut nihilo segnius, vel cum vacabit aliquid lectioni operis impendas, custodiasque hoc, prout es elegantissimus, temperamentum, ut ista tibi lingua teneatur, ne ridearis; illa exerceatur, ut rideas. Vale.

EPISTOLA VI.

SIDONIUS APOLLINARI SUO SALUTEM.

CUM primum aestas decessit autumno, et Arvernorum timor potuit aliquantis per ratione temporis temperari, Viennam veni, ubi Thaumastum germanum tuum, quem pro jure vel sanguinis, vel ætatis,

dans sa langue. Les vieillards germains sont étonnés en te voyant interpréter leurs lettres ; ils te prennent pour arbitre et conciliateur dans leurs différends ; tu es le Solon des Burgundes pour éclaircir leurs lois ; tu es un nouvel Amphion pour manier la cithare à trois cordes ; on t'aime , on te fréquente , on te recherche, tu fais les délices de tout le monde ; on te prend pour médiateur ; on te choisit pour juge ; tu décides , et tu es écouté. Et quoiqu'ils aient le corps et l'esprit aussi grossiers , aussi peu façonnables , ils apprennent de toi à mieux parler leur propre langue , à porter un cœur romain.

Une dernière chose : toi , qui as si bien le secret de plaire , n'oublie pas de donner à la lecture tes momens de loisir , et , poli comme tu l'es , fais toujours en sorte de posséder parfaitement la langue germanique , pour ne pas prêter à rire; de cultiver la langue maternelle , pour avoir à rire. Adieu.

LETTRE VI.

SIDONIUS A SON CHER APOLLINARIS , SALUT.

QUAND l'été faisait place à l'automne , quand l'approche de la mauvaise saison pouvait modérer un peu la crainte des Arvernes , je m'étais rendu à Vienne , où j'ai trouvé dans la plus grande tristesse Thaumastus ton père , que j'aime et respecte infiniment à cause de son

reverenda familiaritate complector, moestissimum inveni. Qui quanquam recenti cælibatu granditer af-
fiebat, pro te tamen parum minus anxius erat:
timebat enim verebaturque, ne quam tibi calum-
niam turbo barbaricus, aut militaris concinnaret
improbitas. Namque confirmat magistro militum
Chilperico victoriosissimo viro, relatu venenato quo-
rumpiam sceleratorum fuisse secreto insusurratum
tuo præcipue machinatu oppidum Vasionense parti-
bus novi principis applicari. Si quid hinc tibi tuis-
que suspicionis incutitur, raptim doce recursu fa-
miliarium paginarum, ne vobis sollicitudinis aut
præsentia meæ opportunitas pereat. Curæ mihi pe-
culiariter erit, si quid tamen cavendum existimabis,
ut te faciat aut gratia impetrata securum, aut explo-
rata iracundia cautiorem. Vale.

EPISTOLA VII.

SIBONIUS A SOZ CHEZ ALPHONSE LAFAYETTE. 1812.
SIDONIUS THAUMASTO SUO SALUTEM.

INDAGAVIMUS tandem, qui apud Tetrarcham nos-
trum germani tui, et e diverso partium, novi prin-
cipis amicitias criminarentur, si tamen fidam soda-
lium sagacitatem clandestina delatorum non fefeller

âge et du sang qui nous unit. Quoique fort affligé de la perte récente de son épouse , il ne laissait pas d'être assez inquiet sur ton compte : car il craignait , il appréhendait que la haine des Barbares ou la méchanceté des courtisans ne tramât contre toi quelque calomnie. D'après le rapport envenimé de certains scélérats , on a, dit-il , murmuré secrètement à Chilpéric , maître de la milice , guerrier si heureux , que c'est principalement par tes menées que la ville de Vaison embrasse le parti du nouveau prince. Si tu as quelque chose à craindre à cet égard , ou pour toi ou pour les tiens , hâte-toi de m'en informer par une prochaine lettre , afin que mon zèle ou ma présence dans ces lieux ne vous soit pas inutile. L'objet spécial de mes soins , ce sera , supposé toutefois que tu aies quelque chose à craindre , de te rendre la sécurité , en obtenant ta grâce , ou de te faire tenir sur tes gardes , si je m'aperçois que le prince est irrité. Adieu.

LETTRE VII.

SIDONIUS A SON CHER THAUMASTUS , SALUT.

Nous avons découvert , enfin , ceux qui accusaient auprès de notre Tétrarque ton frère , et en même temps les partisans du nouveau prince , si toutefois les pas clandestins des délateurs n'ont point mis en défaut la sagacité

vestigia. Hi nimirum sunt, ut idem coram positus audisti, quos se jamdudum perpeti inter clementiores Barbaros Gallia gemit. Hi sunt quos timent, etiam qui timentur. Hi sunt quos haec peculiariter provincia manet inferre calumnias, deferre personas, afferre minas, auferre substantias. Hi sunt quorum laudari audis in otio occupationes, in pace praedas, inter arma fugas, inter vina victorias. Hi sunt qui causas morantur adhibiti, impediunt prætermitti, fastidiunt admoniti, obliviscuntur locupletati. Hi sunt qui emunt lites, vendunt intercessiones, deputant arbitros, judicanda dictant, dictata convellunt, attrahunt litigaturos, protrahunt audiendos, trahunt addictos, retrahunt transigentes. Hi sunt quos si petas, etiam nullo adversante, beneficium, piget promittere, pudet negare, pœnitit præstitis. Hi sunt quorum comparationi digitum tollerent Narcissus, Asiaticus, Massa, Marcellus, Carus, Parthenius, Licinius et Pallas. Hi sunt qui invident tunicatis otia, stipendia paludatis, via-tica veredariis, mercatoribus nundinas, munuscula legatis, portoria quadruplatoribus, prædia provincialibus, flamonia municipibus, arcariis pondera, mensuras allectis, salario tabulariis, dispositiones numerariis, prætorianis sportulas, civitatibus inducias, vectigalia publicanis, reverentiam clericis, originem nobilibus, concessum prioribus, congressum æqualibus, cinctis jura, discinctis privilegia, scholas instituendis, mercedes instituentibus, litteras institutis. Hi sunt qui novis opibus ebrii, ut et minima cognoscas, per utendi intemperantiam,

dévouée de nos amis. Ces accusateurs , comme tu l'as entendu dire toi-même , sont des hommes odieux que la Gaule gémit depuis long-temps de voir au milieu des Barbares plus humains qu'eux. Ce sont ces hommes que redoutent ceux mêmes qui sont faits pour inspirer de la crainte. Ce sont ces hommes qui prennent pour occupation spéciale de répandre les calomnies , d'accuser les innocens , de semer les menaces , de ravir les biens. Ce sont ces hommes dont tu entends louer les occupations dans le repos , et le brigandage dans la paix ; qui fuient au milieu des combats ; qui triomphent au milieu des festins. Ce sont ces hommes qui retardent les affaires auxquelles ils sont employés , qui entravent celles auxquelles ils n'ont point de part , qui dédaignent vos avis , qui vous oublient lorsque vous les avez enrichis. Ce sont ces hommes qui achètent les procès , qui vendent leur médiation , nomment des arbitres , prononcent des jugemens , cassent ceux qu'ils ont dictés , attirent les plaideurs , renvoient ceux qu'ils doivent entendre , entraînent ceux qui sont condamnés , et empêchent de transiger ceux qui sont prêts à le faire. Ce sont ces hommes qui , si vous leur demandez une grâce à laquelle personne ne s'oppose , ne vous la promettent qu'à regret , vous la refusent sans honte , se repentent de vous l'avoir accordée. Ce sont ces hommes auprès desquels auraient levé le doigt Narcisse , Asiaticus , Massa , Marcellus , Carus , Parthenius , Licinius et Pallas. Ce sont ces hommes qui envient le repos à ceux qui portent la tunique , la paie à ceux qui portent le *paludamentum* , les provisions de voyage aux courriers , leurs ventes aux marchands , aux députés les présens qu'ils reçoivent , aux percepteurs le péage , aux provinciaux leurs domaines , le sacerdoce aux municipes , leurs poids aux banquiers , leurs me-

produnt imperitiam possidendi ; nam libenter incedunt armati ad epulas , albati ad exequias , pelliti ad ecclesias , pullati ad nuptias , castorinati ad litanias . Nullum illis genus hominum , ordinum , temporum cordi est . In foro Scythæ , in cubiculo viperæ , in convivio scurræ , in exactionibus harpyiæ , in collocutionibus statuæ , in quæstionibus bestiæ , in tractatibus cochleæ , in contractibus trapezitæ ; ad intellegendum saxeï , ad judicandum ignei , ad succensendum flammei , ad ignoscendum ferrei , ad amicitias pardi , ad facetias ursi , ad fallendum vulpes , ad superbiendum tauri , ad consumendum minotauri . Spes firmas in rerum motibus habent , dubia tempora certius amant , et ignavia pariter conscientiaque trepidantes , cum sint in prætoriis leones , in castris lepores , timent foedera ne discutiantur , bella ne pugnant . Quorum si nares afflaverit uspiciam rubiginosi aura marsupii , confestim videbis illic et oculos Argi et manus Briarei , et Sphingarum ungues , et perjuria Laomedontis , et Ulyssis argutias , et Simonis fallacias , et fidem Polymnestoris , et pietatem Pygmalionis adhiberi .

sures à ceux qui tiennent les registres des dépenses publiques , leurs salaires aux greffiers , leurs dispositions aux officiers des comptes , aux prétoriens leurs sportules , leurs trèves aux cités , les tributs aux publicains , aux clercs le respect qu'on leur porte , aux nobles leur naissance , aux supérieurs la préséance , à leurs égaux la parité , leurs droits aux juges en exercice , aux juges sortis de fonctions leurs priviléges , aux jeunes gens les écoles , aux maîtres leur salaire , aux gens de lettres leur savoir. Ce sont ces hommes ivres de leurs richesses , il faut bien que tu saches tout , qui montrent , par l'abus qu'ils en font , combien ils sont peu dignes de les posséder ; car ils vont armés aux festins , vêtus de blanc aux funérailles , aux noces en habit de deuil , couverts de fourrures aux églises , et de poil de castor aux litanies. Aucune espèce d'hommes , d'ordre ou de temps ne sait leur plaisir. Ce sont des Scythes au forum , des vipères dans la chambre , des bouffons dans les festins , des harpies dans les exactions , des statues dans les conversations , des animaux stupides lorsqu'on les interroge , des limacons dans les traités , des banquiers dans les contrats ; ils sont de pierre pour comprendre , de feu pour juger , de flamme pour s'irriter , de fer pour pardonner ; ce sont des léopards pour l'amitié , des ours pour la plaisanterie , des renards pour tromper , des taureaux pour la fierté , des minotaures pour détruire. Ils ont une ferme espérance dans les révolutions , et préfèrent des temps douteux. D'une conscience lâche et timide , ce sont des lions au prétoire , des lièvres dans les camps ; ils craignent les traités , de peur d'être chassés ; les guerres , de peur de combattre. L'odeur d'une bourse rouillée se fait-elle sentir à leurs narines , vous les verrez aussitôt fixer dessus des yeux d'Argus , des mains de Briarée ,

His moribus obruunt virum non minus bonitate,
quam potestate præstantem. Sed quid faciat unus
undique venenato vallatus interprete? Quid, inquam,
faciat, cui natura cum bonis, vita cum malis est?
Ad quorum consilia Phalaris cruentior, Mida cu-
pidior, Ancus jactantior, Tarquinius superbior, Ti-
berius callidior, Caius periculosior, Claudius socor-
dior, Nero impurior, Galba avarior, Otho audacior,
Vitellius sumptuosior, Domitianus truculentior
redderetur.

Sane, quod principaliter medetur afflictis, temperat
Lucumonem nostrum Tanaquil sua, et aures mariti
virosa susurronum fæce completas opportunitate
falsi sermonis eruderat, cuius studio scire vos
par est, nihil interim quieti fratrum commu-
nium apud animum communis patroni juniorum
Cibyrtarum venena nocuisse, neque quidquam,
Deo propitiante, nocitura; si modo, quandiu præ-
sens potestas Lugdunensem Germaniam regit, nos-
trum suumque Germanicum præsens Agrippina mo-
deretur. Vale.

des griffes de sphinx ; ils emploient , pour s'en emparer , les parjures de Laomédon , les finesse d'Ulysse , les tromperies de Sinon , la fidélité de Polymnestor et la piété de Pygmalion.

C'est avec de telles mœurs qu'ils veulent perdre un homme non moins distingué par sa bonté que par sa puissance. Mais que peut-il faire seul , entouré de méchants qui empoisonnent ses discours et les interprètent à leur guise ? que peut-il faire , dis-je , lui que le caractère rapproche des bons , et qui vit avec les méchants , avec des hommes dont les conseils rendraient Phalaris plus cruel , Midas plus avide , Ancus plus vain , Tarquin plus superbe , Tibère plus rusé , Caius plus dangereux , Claude plus indolent , Néron plus corrompu , Galba plus avare , Othon plus audacieux , Vitellius plus prodigue , et Domitien plus féroce ?

Mais la consolation principale de notre douleur , c'est que sa Tanaquil apaise notre Lucumon , et détruit par un officieux mensonge les soupçons que l'on tâche sourdement d'insinuer à son mari. Il est juste que vous le sachiez , c'est par les soins de la princesse que les calomnies empoisonnées des jeunes Cibyrates n'ont pas été nuisibles , dans l'esprit de notre protecteur commun , à la tranquillité de nos frères communs , et que , Dieu aidant , elles ne produiront jamais un fâcheux effet , pourvu toutefois que , pendant qu'il gouvernera la Germanie lyonnaise , notre Agrippine modère notre Germanicus et le sien. Adieu.

EPISTOLA VIII.

SIDONIUS SECUNDINO SUO SALUTEM.

DIU quidem est , quod te hexametris familiarius
inservientem stupentes prædicantesque lectitabamus.
Erat siquidem materia jocunda , seu nuptiales tibi
thalamorum faces , sive perfossæ regiis ictibus feræ
describerentur. Sed triplicibus trochæis nuper in
metrum hendecasyllabum compaginatis nihil ne tuo
quidem judicio simile fecisti. Deus bone ! quid illic
inesse fellis , leporis piperataeque facundiæ minime
tacitus inspexi ? nisi quod ferventis fulmen ingenii
et eloquii salsa libertas plus personis forte quam
causis impediebantur ; ut mihi non figuratius Constantini
domum vitamque videatur vel pupugisse versu
gemello consul Ablavius , vel momordisse disticho
tali clam palatinis foribus appenso :

Saturni aurea secla quis requirat ?
Sunt hæc gemmea , sed Neroniana.

Quia scilicet prædictus Augustus iisdem fere temporebus extinxerat conjugem Faustam calore balnei,

LETTRÉ VIII.

SIDONIUS A SON CHER SECUNDINUS, SALUT.

IL y a long-temps que nous lisions et relisions , avec une admiration qui s'épanchait au-dehors , tes hexamètres si faciles ; car tes vers étaient pleins de grâce , soit qu'ils chantassent le flambeau nuptial de l'hyménéée , soit qu'ils peignissent les bêtes fauves abattues par une main royale. Mais , à ton jugement même , tu n'as rien fait encore de semblable à ces triples trochées arrangés naguère en mètres hendécasyllabes. Dieu bon ! que de sel mordant , que de grâce , que d'éloquence piquante n'y ai-je point vu sans pouvoir retenir mon admiration ! si ce n'est toutefois que ces éclairs brûlans du génie , ce ton d'ironie facile , étaient comprimés par les personnes , peut-être plus que par le sujet. Le consul Ablavius ne me paraît pas avoir censuré par une figure mieux dissimulée la maison et la vie de Constantin , avec ce distique placé secrètement aux portes du palais impérial :

Qui regretterait le siècle d'or de Saturne ?

Le nôtre est de diamant , mais Néronien.

C'est que ledit Auguste , à peu près à cette époque , avait fait mourir son épouse Fausta dans un bain chaud ,

filium Crispum frigore veneni. Tu tamen nihilo segnius operam saltem facetis satyrarum coloribus intrepidus impende. Nam tua scripta , nostrorum vitiis proficientibus tyrannopolitanorum , locupletabuntur. Non enim tam mediocriter intumescunt , quos nostra judicia , secula , loca , fortunatos putant , ut de nominibus ipsorum quandoque reminiscendis sit posteritas laboratura : namque improborum probra æque ut præconia bonorum immortalia manent. Vale.

EPISTOLA IX.

SIDONIUS AQUILINO SUO SALUTEM.

IN meo ære duco , vir omnium virtutum capacissime , si dignum tu quoque putas , ut quantas habemus amicitarum causas , tantas habeamus ipsi amicitias. Avitum est quod reposco ; testes mihi in præsentiarum avi nostri super hoc negotio Apollinaris et Rusticus advocabuntur , quos laudabili familiaritate conjunxerat litterarum , dignitatum , periculorum , conscientiarum similitudo , cum in Constantino inconstantiam , in Jovino facilitatem , in Gerontio perfidiam , singula in singulis , omnia in

et empoisonné son fils Crispus. Toi , cependant , continue à jeter sans crainte les traits acérés de la satire ; car tes écrits trouveront une riche matière dans les vices toujours croissans de nos tyrannopolitains. Ils ne s'enflent pas assez médiocrement les hommes que notre jugement , notre siècle et nos contrées regardent comme heureux , pour que la postérité doive jamais avoir de la peine à se rappeler leurs noms ; car la honte des méchans , comme la gloire des gens de bien , est immortelle. Adieu.

LETTRE IX.

SIDONIUS A SON CHER AQUILINUS , SALUT.

C'EST pour moi une chose précieuse , si tu le veux bien aussi , toi qu'embellissent toutes les vertus , que nous soyons unis par autant de liens d'amitié que nous avons de motifs pour l'être. Ce que je demande remonte à nos ancêtres ; en ce point , j'en appellerai au témoignage de nos aïeux Apollinaris et Rusticus , que les mêmes goûts littéraires , les mêmes dignités , les mêmes dangers , les mêmes pensées avaient unis d'une admirable intimité. Ils avaient une égale aversion pour l'inconstance de Constantin , la faiblesse de Jovin , la perfidie de Géronte , et détestaient dans Dardanus tous les vices dont il était

Dardano crimina simul exsecrarentur ; ætateque media patres nostri, sub uno contubernio , vixdum a pueritia , in totam adolescentiam evecti , principi Honorio tribuni notariique militavere , tanta caritate peregrinantes , ut inter eos minima fuerit causa concordiae , quod filii amicorum commemorabantur. In principatu Valentiniani imperatoris unus Galliarum præfuit parti , alter soliditati. Sed ita se quodam modo tituli amborum compensatione fraterna ponderaverunt , ut prior fuerit fascium tempore , qui erat posterior dignitate.

Ventum ad nos , id est , ventum est ad nepotes , quos nil decuerit plus cavere , quam ne parentum antiquorumque nostrorum per nos forte videatur antiquata dilectio. Ad hoc in similem familiaritatem præter hæreditariam prærogativam , multifaria opportunitate compellimur ; ætas utriusque non minus juncta quam patria. Unus nos exercuit ludus , magister instituit ; una nos lætitia dissolvit , severitas coercuit , disciplina formavit. De cætero , si Deus annuit , in annis jam senectutis initia pulsantibus , simus , nisi respuis , animæ duæ , animus unus , imbuamusque liberos invicem diligentes idem velle , nolle , refugere , sectari. Hoc patrum vero jam supra vota , si per Rusticum Apollinaremque proavorum prædicabilium tam reformatur corda quam nomina. Vale.

infecté. En des temps mitoyens entre nos aïeux et nous, nos pères, parvenus à peine au fort de l'adolescence, furent compagnons d'armes sous le prince Honorius, en qualité, l'un de tribun, l'autre de secrétaire, vivant dans une telle amitié que le moindre titre de leur union, c'était d'être fils de deux pères amis. Sous l'empire de Valentinien, l'un commandait à une partie, l'autre à la totalité des Gaules; mais leurs titres à tous deux se balançaient en quelque façon dans une fraternelle égalité, de sorte que celui qui était le second par son emploi, était le premier par l'ordre de ses faisceaux.

C'est notre tour à nous, je veux dire, c'est le tour des petits-fils, qui ne doivent rien tant avoir à cœur que d'empêcher que l'affection de leurs parens et de leurs aïeux ne semble peut-être affaiblie en leur ame. Outre la prérogative héréditaire, de nombreux motifs nous invitent à une intimité semblable. Notre âge, notre patrie sont les mêmes; la même école nous a exercés; le même maître nous a instruits; les mêmes joies nous ont épousés; la même sévérité nous a comprimés; la même discipline nous a formés. Du reste, si Dieu le permet, à l'âge qui déjà s'approche de la vieillesse, soyons, si tu y consens, deux ames, soyons un seul esprit; apprenons à nos enfans à s'aimer réciproquement, à vouloir, à ne vouloir pas, à éviter, à rechercher les mêmes choses. Ce serait un bien qui dépasserait nos vœux, si nos fils, Rusticus et Apollinaris, faisaient renaître les cœurs de leurs honorables bisaïeuls, comme ils en reproduisent les noms. Adieu.

EPISTOLA X.

SIDONIUS SAPAUDO SUO SALUTEM.

Si quid omnino bene Pragmatius illustris, hoc inter reliquas animi virtutes optime facit, quod amore studiorum te singulariter amat, in quo solo, vel maxime animum advertit veteris peritiæ diligentiaæque resedisse vestigia; et quidem non injuria tibi fautor est; nam debetur ab eo percopiosus litteris honor. Hunc olim perorantem et rhetorica sedilia plausibili oratione frangentem sacer eloquens ulti in familiam patritiam adscivit, licet illi ad hoc, ut sileam de genere vel censu, ætas, venustas, pudor patrocinarentur. Sed, ut comperi, erubescet jam etiam tunc vir serius, et formæ dote placuisse, quippe cui merito ingenii suffecisset adamari; et vere optimus quisque morum præstantius pulchritudine placet. Porro autem prætervolantia corporis decoramenta currentis ævi profectu defectuque labascunt.

Hunc quoque, manente sententia, Galliis post præfectus Priscus Valerianus consiliis suis tribunali-

LETTRE X.

SIDONIUS A SON CHER SAPAUDUS , SALUT.

PÂRMI toutes les qualités du cœur dont est doué l'illustre Pragmatius , il en est une qui mérite plus que toute autre d'être remarquée ; c'est l'amitié qu'il a pour toi , par une suite de son amour pour les lettres. En toi seul il retrouve encore des traces du savoir et du goût des anciens ; il a donc bien raison de te protéger , car il doit aux lettres une grande reconnaissance. Lorsqu'autrefois il parlait en public et s'attirait des applaudissements nombreux , un homme éloquent , Priscus Valérianus , le fit entrer dans sa famille patricienne , quoique , du reste , outre la naissance et la richesse , Pragmatius eût dans son âge , dans sa beauté , dans sa modestie des avantages qui parlaient en sa faveur. Mais , comme je l'ai appris , cet homme , d'un naturel déjà grave pour lors , rougissait même de plaire par sa beauté , car il eût voulu n'être aimé que pour son caractère ; et , en effet , c'est par la beauté de l'ame que l'homme de bien plaît davantage : les frivoles agréments du corps s'évanouissent avec les progrès et la chute des rapides années.

Ferme dans son propos , Priscus Valérianus , devenu par la suite préfet des Gaules , associa son gendre à ses

busque sociavit , judicium antiquum perseverantis-
sime tenens , ut cui scientiæ obtentu junxerat sobo-
lem , jungeret et dignitatem. Tua vero tam clara ,
tam spectabilis dictio est , ut illi divisio Palæmonis ,
gravitas Gallionis , abundantia Delphidii , Agroecii
disciplina , fortitudo Alcimi , Adelphii teneritudo ,
rigor Magni , dulcedo Victorii non modo non supe-
riora , sed vix æquiparabilia scribantur. Sane ne
videar tibi sub hoc quasi hyperbolico rhetorum ca-
talogo blanditus quidpiam gratificatusque , solam
tibi acrimoniam Quintiliani pompamque Palladii
comparari non ambigo , sed potius acquiesco. Qua-
propter si quis post vos Latinæ favet eruditioni , huic
amicitiæ gratias agit , et sodalitati vestræ , si quid
hominis habet , tertius optat adhiberi ; quanquam ,
quod est gravius , non sit satis ambitus iste fastidium
vobis excitaturus , quia pauci studia nunc honorant.
Simul et naturali vitio fixum est radicatumque pec-
toribus humanis , ut qui non intelligunt artes , non
mirentur artifex. Vale.

EPISTOLA XI.

SIDONIUS POTENTINO SUO SALUTEM.

MULTUM te amamus , et quidem hujuscem dilec-
tionis non est erroneus aut fortuitus affectus. Nam-

conseils et à ses jugemens. Il persévérait en son opinion première , afin que celui que la science avait conduit dans sa famille, entrât aussi dans ses dignités. Quant à toi, ta manière d'écrire est si claire et si belle , que le style coupé de Palœmon , la gravité de Gallion , l'abondance de Delphidius , l'art d'Agrœcius , l'énergie d'Alcime , la mollesse d'Adelphius , la rigidité de Magnus , et la douceur de Victorius , non-seulement ne lui sont pas supérieures , mais peuvent à peine lui être comparées. Et , afin que je ne paraisse pas , sous ce catalogue hyperbolique de rhéteurs , te donner des louanges outrées , j'ose l'affirmer , l'on ne peut comparer à tes écrits que la véhémence de ceux de Quintilien et la pompe de ceux de Palladius. C'est pourquoi , si quelqu'un après vous chérira l'éloquence romaine , il rendra des actions de grâces à cette amitié , et , pour peu qu'il soit homme , ambitionnera d'être admis en troisième à votre société. Mais , par malheur , ce désir de se rapprocher de vous ne deviendra pas une importunité , car peu de gens honorent aujourd'hui les études. Ensuite , c'est un défaut naturel à l'homme , quand il ne connaît pas les difficultés de l'art , de ne point admirer l'artiste. Adieu.

LETTRE XI.

SIDONIUS A SON CHER POTENTINUS , SALUT.

JE t'aime beaucoup , et mon affection n'est l'effet ni de l'erreur , ni du hasard. Avant de me lier avec toi d'une

que ut sodalis tibi devinctior fierem , judicavi. Est enim consuetudinis meæ , ut eligam ante , post diligam. Quænam , inquis , in me tibi probanda placuere ? Dicam libenter et breviter , quorum unum fieri gratia , alterum charta compellit. Veneror in actionibus tuis quod multa bono cuique imitabilia geris. Colis , ut qui solertissime ; ædificas , ut qui dispositissime ; venaris , ut qui efficacissime ; pascis , ut qui exactissime ; jocaris , ut qui facetissime ; judicas , ut qui æquissime ; suades , ut qui sincerissime ; commoveris , ut qui tardissime ; placaris , ut qui celerime ; redamas , ut qui fidelissime. Haec omnia exempla vivendi jam hinc ab annis puberibus meus Apollinaris si sequitur , gaudeo ; certe ut sequatur admoneo. In quo docendo instituendoque , modo , sub ope Christi , disposita succedant , plurimum lætor , maximam me formulam vitæ de moribus tuis mutuaturum. Vale.

EPISTOLA XII.

SIDONIUS CALMINIO SUO SALUTEM.

QUOD rarius ad vos a nobis pagina meat , non nostra superbia , sed aliena impotentia facit. Neque super his quidquam planius quæras , quippe cum

étroite amitié , j'avais compris ce que j'allais faire ; car il est dans mes habitudes de choisir d'abord et d'aimer ensuite. — Eh ! quelles sont donc , vas-tu dire , les qualités que tu as aimées en moi ? — Je vais répondre avec empressement , parce que l'amitié m'ordonne de le faire ; en peu de mots , parce que les bornes de ma lettre me forcent à cela. Ce qui me pénètre de respect dans tes actions , c'est que presque toutes peuvent servir d'exemple aux gens de bien. Tes domaines sont habilement cultivés , tes maisons sont bâties avec une sage ordonnance ; tes chasses sont toujours heureuses , les repas que tu donnes toujours élégans , tes bons mots toujours facétieux , tes jugemens toujours équitables , tes conseils toujours sincères ; tu es lent à t'irriter , prompt à t'apaiser , fidèle en amitié. Tous ces modèles de conduite , si mon Apollinaris les suit dès ses jeunes années , je m'en féliciterai ; du moins , je l'invite à les suivre. Pourvu que , avec l'aide du Christ , les soins que j'apporte à son éducation et à son instruction ne deviennent pas inutiles , je serai au comble de la joie d'avoir emprunté de ta conduite une admirable règle de vie. Adieu.

LETTRE XII.

SIDONIUS A SON CHER CALMINIUS , SALUT.

S'il te parvient rarement de mes lettres , ce n'est point ma fierté , mais la trop grande puissance d'autrui qui qui en est la cause ; et ne m'en demande pas davantage

silentii hujus necessitatem par apud vos metus interpretetur. Hoc solum tamen libere gemo , quod turbine dissidentium partium segreges facti , mutuo minime fruimur adspectu. Neque unquam patriæ sollicitis offerris obtutibus , nisi forsitan cum ad arbitrium terroris alieni , vos loricæ , nos propugnacula tegunt. Ubi ipse in hoc solum captivus adduceris , ut pharetras sagittis vacuare , lacrymis oculos implere cogaris , nobis quoque non recusantibus quod tua satis aliud moliuntur vota quam jacula. Sed quia interdum , etsi non per foederum veritatem , saltem per induciarum imaginem , quædam spei nostræ libertatis fenestra resplendet , impense flagito uti nos , cum maxime potes , affatu paginæ frequenter impertias , sciens tibi in animis obsessorum ciuium illam manere gratiam , quæ obliviscatur obscientis invidiam. Vale.

EPISTOLA XIII.

SIDONIUS PANNYCHIO SUO SALUTEM.

SERONATUM Tolosa nosti redire ; si nondum , et credo quod nondum , vel per hæc disce. Jam Clau- setiam pergit Evanthius , jamque contractas operas

à cet égard, puisque des craintes semblables aux miennes te font assez comprendre la nécessité de mon silence. Il est toutefois une seule chose dont je puis gémir librement, c'est que, séparés l'un de l'autre par les troubles qu'excitent les deux armées ennemis, nous ne puissions jamais nous voir. Jamais tu ne t'offres aux regards inquiets de la patrie, si ce n'est malheureusement lorsque, par les ordres terribles d'un étranger, nous sommes défendus, vous par la cuirasse, nous par nos remparts; l'on t'amène ici captif, et tu es forcé de vider ton carquois de flèches, de remplir tes yeux de larmes; nous le savons toutefois, tes vœux ont bien une autre portée que les traits. Mais comme de temps en temps, sinon par des traités sincères, du moins par une ombre de trêves, il brille à nos yeux un rayon de liberté, je te supplie instamment de vouloir bien, lorsque tu le pourras, nous octroyer de fréquentes lettres, car tu dois savoir que les coeurs de tes concitoyens assiégés te gardent une amitié qui sait oublier ce qu'il y a d'odieux dans ton rôle d'assiégeant. Adieu.

LETTRE XIII:

SIDONIUS A SON CHER PANNYCHIUS, SALUT.

Tu n'ignores pas que Séronatus revient de Toulouse; si tu ne le sais pas, et je pense qu'en effet tu l'ignores, apprends-le par cette lettre. Evanthius déjà se rend à

cogit eruderare, si quid forte dejectu caducæ frondis ager insorduit. Certe si quid voraginosum est, ipse humo advecta scrobibus oppletis trepidus exæquat, utpote belluam suam de valle Tarmis ducaliter antecessurus, musculis similis inter saxosa vel brevia balenarum corpulentiam prægubernantibus. At ille sic ira celer, quod piger mole, ceu draco e specu vix evolutus, jam metu exsanguibus Gabalitanis, e proximo infertur; quos singulos sparsos inoppidatos, nunc inauditis inductionum generibus exhaustus, nunc flexuosa columniarum fraude circumretit, ne tum quidem domum laboriosos redire permittens, cum tributum annum datavere. Signum et hoc certum est imminentis adventus, quod catervatim, quo se cumque converterit, vinci trahuntur vincula trahentes; quorum dolore lætatur, pascitur fame, præcipue pulchrum arbitratus, ante turpare quam punire damnandos; crinem viris nutrit, mulieribus incidit; e quibus tamen si rara quosdam venia respexerit, hos venalitas solvit, vanitas illos, nullos misericordia. Sed explicandæ bestiæ tali nec oratorum princeps Marcus Arpinas, nec poetarum Publius Mantuanus sufficere possunt. Proinde quia dicitur haec ipsa pernicies appropinquare, cuius prodictionibus Deus obviet! præveni morbum providentiae salubritate, contraque lites jurgiosorum, si quæ moventur, pactionibus consule; contra tributa, securitatibus; ne malus homo rebus honorum vel quod noccat, vel quod præstet inveniat. In summa, de Seronato vis accipere quid sentiam? Cæteri af-

Clausétia ; il fait déjà déblayer les chemins étroits , et enlever jusques aux feuilles mortes qui pourraient être tombées sur la chaussée. S'il aperçoit quelque fosse un peu profonde , lui-même tout tremblant s'empresse de la combler de terre , comme devant guider sa bête féroce depuis la vallée de Tarmis, pareil en cela aux *musculus* qui , à travers les rochers et les écueils , conduisent les énormes baleines. Aussi prompt à s'irriter que lent à se mouvoir , semblable à un dragon à peine sorti de son antre , Séronatus approche déjà des Gabalitani pâles de frayeur. Tous dispersés de côté et d'autre , ont déserté leurs villes ; Seronatus tantôt les épouse les uns après les autres par des impôts inouïs , tantôt les enveloppe dans les filets de la calomnie , et ne permet pas même à ces malheureux de retourner dans leurs foyers , lorsqu'ils ont payé plusieurs fois le tribut annuel. Un signe certain de son arrivée prochaine , c'est que , partout où il dirige ses pas , l'on voit traîner en foule des prisonniers chargés de fers ; il se réjouit de leur douleur , se nourrit de leur faim , et regarde comme une belle action de déshonorer , avant de les punir , ceux qu'il condamnera. Il ordonne aux hommes de laisser croître leurs cheveux , et aux femmes de se les couper. S'il pardonne à quelques personnes , ce qui arrive rarement , c'est tantôt par avareice , tantôt par orgueil , jamais par compassion. Pour peindre un pareil monstre , ce ne serait assez ni du prince des orateurs , Marcus d'Arpinum , ni du prince des poètes , Publius de Mantoue. Ainsi , comme on dit que ce fléau approche , (et puisse le ciel obvier à ses trahisons !) préviens le mal par de la prudence ; contre les procès que pourraient te susciter ses brouillons , recours à des accords ; contre ses tributs , munis-toi de quittances , afin que ce méchant homme ne trouve aucun moyen de nuire

fligi per suprascriptum damno verentur; mihi latronis et beneficia suspecta sunt. Vale.

PISTOLA XIV.

SIDONIUS APRO SUO SALUTEM.

CALENTES nunc te Baiæ, et seabris cavernatim ructata pumicibus aqua sulphuris, atque jecrosis ac phthisicibus languidis medicabilis piscinadelectat? An fortasse montana sedes circum castella, et in eligenda sede perfugii, quamdam pateris ex munitiōnum frequentia difficultatem? Quidquid illud est, quod vel otio, vel negotio vacas, in urbem tamen, ni fallimur, Rogationum contemplatione revocabere. Quarum nobis solennitatem primus Mamertus pater et pontifex reverentissimo exemplo, utilissimo experimento, invenit, instituit, invexit. Erant quidem prius, quod salva fidei pace sit dictum, vagæ, tependentes infrequentesque, utque sic dixerim, oscitabundæ supplicationes, quæ sœpe interpellantum prandiorum obicibus hebetabantur, maxime aut

aux gens de bien ou de les écraser. En un mot , veux-tu savoir ce que je pense de Séronatus ? Les autres craignent les dommages que ce brigand peut leur causer ; moi , je me défie même de ses bienfaits. Adieu.

LETTRE XIV.

SIDONIUS A SON CHER APER , SALUT.

APOLLINARIS SIDONII
EPISTOLÆ.

LIBER SEPTIMUS.

EPISTOLA I.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ MAMERTO SALUTEM.

RUMOR est Gothos in Romanum solum castra movisse : huic semper irruptioni nos miseri Arverni janua sumus. Namque odiis inimicorum hinc pecunia fomenta subministramus , quia, quod needum terminos suos ab Oceano in Rhodanum Ligeris alveo limitaverunt , solam , sub ope Christi , moram de nostra tantum obice patiuntur. Circumjectarum vero spatia tractumque regionum jam pridem regni

CAIUS SOLLIUS

APOLLINARIS SIDONIUS.

LETTRES.

LIVRE SEPTIÈME.

LETTRE I.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE MAMERTUS , SALUT.

On dit que les Goths sont entrés sur le territoire romain : nous autres , malheureux Arvernes , nous sommes toujours exposés les premiers à de telles irruptions. Ce qui nous rend l'objet spécial de leur haine , c'est que , brûlant du désir d'étendre leurs frontières depuis l'Océan jusques au Rhône et à la Loire , ils trouvent en nous le seul obstacle qui , par l'assistance du Christ , retarde encore leurs conquêtes. Voilà déjà long-temps que les attaques importunes d'une royauté menaçante ont dé-

minacis importuna devoravit impressio. Sed animositati nostræ tam temerariæ tamque periculosæ non nos aut ambustum murorum faciem , aut putrem sudium cratem , aut propugnacula vigilum trita pectoribus confidimus opitulatura; solo tamen invectorum , te auctore , rogationum palpamur auxilio , quibus inchoandis instituendisque populus Arvernus , etsi non effectu pari , affectu certe non impari cœpit iniciari , et ob hoc circumfusis needum dat terga terroribus. Non enim latet nostram sciscitationem , primis temporibus harumce supplicationum institutarum civitas coelitus tibi credita per cujusmodi prodigiorum terriculamenta vacuabatur. Nam modo scenæ moenium publicorum crebris terræ motibus concutiebantur ; nunc ignes sæpe flammati caducas culminum cristas superjecto favillarum monte tumulabant ; nunc stupenda foro cubilia collocabat audacium pavenda mansuetudo cervorum ; cum tu inter ista discessu primorum populariumque statu urbis exinanito , ad nova celer veterum Ninivitarum exempla decurristi , ne divinæ admonitioni tua quoque desperatio conviciaretur. Et vere jam de Deo tu minime poteras absque peccato post virtutum experimenta diffidere. Nam cum vice quadam civitas conflagrare coepisset , fides tua in illo ardore plus caluit; et cum in conspectu pavidæ plebis , objectu solo tui corporis ignis recussus in tergum fugitivis flexibus sinuaretur , miraculo terribili , novo , inusitato , affuit flammæ cedere per reverentiam , cui sentire defuit per naturam. Primum igitur et iis paucis nostri ordinis viris indicis jejunia , interdicis

voré toutes les régions limitrophes. Mais , si quelque chose doit seconder en nous un courage aussi téméraire , aussi dangereux , ce ne sera ni l'aspect de ces murs consumés par les flammes , ni ces palissades ruinées , ni ces remparts toujours couverts de nos sentinelles ; notre seule espérance est dans les Rogations que tu as instituées ; le peuple Arverne vient de les adopter , si non avec autant de succès , du moins avec un zèle égal à celui de tes peuples , et c'est ce qui le rassure contre les terreurs dont il est environné. Nous savons , nous avons appris quels effrayans prodiges , dans les premiers temps où furent établies ces prières publiques , dépeulaient la cité confiée par le ciel à tes soins. Tantôt de fréquens tremblemens de terre ébranlaient les édifices publics ; tantôt des flammes dévorantes couvraient de monceaux de cendres le faite des maisons prêtes à crouler ; tantôt des troupes effrayées de cerfs , animaux timides mais audacieux alors , cherchaient une retraite dans la ville étonnée de les voir. Au milieu de ces désastres , lorsque les grands et le peuple abandonnaient la cité , tu as suivi avec ardeur l'exemple des Ninivites , de peur que ton désespoir n'insultât aussi aux avertissemens du ciel. Et certes , après avoir éprouvé tant de fois la divine puissance , tu ne pouvais sans crime te défier de Dieu. Un jour , les flammes commençaient à dévorer ta cité ; dans cet embrasement , ta foi devint plus ardente ; lorsque devant une foule éperdue , le feu , chassé en arrière par l'opposition seule de ton corps , se repliait en globes fugitifs , ce fut un miracle étonnant , inouï , extraordinaire de voir la flamme , insensible de sa nature , reculer pleine de respect. D'abord , tu ordonnes des jeûnes à quelques hommes de notre rang , tu leur défends tout plaisir criminel , tu leur annonces des

flagitia , supplicia prædicis , remedia promittis , exponis omnibus nec poenam longinquam esse , nec veniam ; doces denuntiatæ solitudinis minas orationum frequentia esse amoliendas ; mones assiduitatem furentis incendi aqua potius oculorum quam fluminum posse restingui ; mones minacem terræ motuum conflictationem fidei stabilitate firmandum. Cujus confestim sequax humilis turba consilii majoribus quoque suis fuit incitamento , quos , cum non piguisse fugere , redire non puduit. Qua devotione placatus inspector pectorum Deus fecit esse obsecrationem vestram vobis saluti , cæteris imitationi , utrisque præsidio. Denique illic deinceps non fuere vel damna calamitati , vel ostenta formidini.

Quæ omnia sciens populus iste Viennensibus tuis et accidisse prius et non accessisse posterius , vestigia tam sacrosanctæ informationis amplectitur , sedulo petens ut conscientiæ tuæ beatitudo mittat orationum suarum suffragia quibus exempla transmisit. Et quia tibi soli concessa est , post avorum memoriam , vel confessorem Ambrosium duorum martyrum repertorem , in partibus orbis occidui , martyris Ferreoli solida translatio , adjecto nostri capite Juliani , quod istinc turbulentu quondam persecutori , manus retulit cruenta carnificis , non injurium est quod pro compensatione deposcimus , ut nobis inde veniat pars patrocinii , quia vobis hinc rediit pars patroni. Memor nostri esse dignare , domine Papa.

châtimens, tu leur promets des remèdes; tu leur déclares que la peine est imminente, mais que le pardon n'est pas loin; tu enseignes qu'il faut prévenir par de fréquentes prières la désolation dont on est menacé; tu avertis que les furieux incendies qui renaissent sans cesse peuvent être éteints par des larmes sincères, plutôt que par l'eau des fleuves; tu montres que c'est à la stabilité de la foi qu'il appartient de raffermir la terre ébranlée par des secousses terribles. Aussitôt le peuple, docile à ta voix, donne l'exemple aux grands qui, n'ayant pas rougi de prendre la fuite, ne rougirent pas non plus de revenir. Dieu, qui voit le fond des cœurs, apaisé par ce dévouement, a fait que vos humbles prières sont devenues pour vous une voie de salut, pour les autres un sujet d'imitation, pour tous un secours assuré. Enfin, depuis ce moment, ta ville n'éprouve plus ces terribles calamités, ne voit plus ces effrayans prodiges.

Le peuple Arverne, sachant que ces désastres, après s'être fait sentir à tes Viennois, n'ont pas reparu dans la suite, se hâte d'embrasser une sainte institution, et demande en grâce que ta béatitude ajoute les prières d'une conscience pure aux exemples que tu lui as donnés. Et parce que, à toi seul, depuis le confesseur Ambrosius, qui trouva, suivant le récit de nos pères, les corps de deux martyrs, il a été accordé, dans le monde occidental, de faire la translation du martyr Ferréolus et de la tête de notre Julianus, cette tête que la main sanglante du bourreau rapporta jadis au féroce persécuteur, nous ne demandons pas sans quelque droit qu'il nous vienne de chez vous un patronage, puisqu'il vous est venu de chez nous un patron. Daigne te souvenir de nous, seigneur Pape.

EPISTOLA II.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ GRÆCO SALUTEM.

ONERAS , consummatissime pontificum , verecundiam meam multifaria laude cumulando , si quid stylo rusticante peraravero ; atque utinam reatu careat , quod apicum primore congressu quanquam circumscriptus , veritati resultantia tamen et diversa connexui , ignorantiae siquidem meæ callidus viator imposuit. Nam dum solum mercatoris prætendit officium , litteras meas ad formatæ vicem , scilicet ut Lector , elicit , sed quas aliquam gratiarum actionem continere decuissest. Namque , ut post compéri , plus Massiliensium benignitate profectus est quam status sui , seu per censem , seu per familiam forma pateretur. Quæ tamen ut gesta sunt si quispiam dignus relator evolveret , fierent jocunda memoratu. Sed quoniam jubetis ipse ut aliquid vobis a me lætum copiosumque pagina ferat , date veniam si hanc ipsam tabellarii nostri hospitalitatem comicis salibus comparandam , salva vestrarum aurium severitate , perstringamus , ne secundo insinuatum non nunc primum nosse videamur. Simul etsi moris

LETTRE II.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PÂPE GRÆCUS , SALUT.

Tu m'accables , ô le plus consommé des pontifes ! en prodiguant des éloges sans nombre à mes écrits , malgré la rusticité de mon style. Dieu veuille qu'il n'ait que ce défaut ; car , dans ma première lettre , toute courte qu'elle était , il se trouvait des faits contraires à la vérité. Notre voyageur a malicieusement abusé de mon ignorance ; il ne se donnait que pour marchand , et me surprit , comme lecteur , une lettre *formée* , qui aurait dû contenir quelques remercimens ; car , je l'ai su depuis , la bonté des Marseillais lui a procuré des avantages auxquels il ne pouvait prétendre dans son état , soit à cause de sa fortune , soit à cause de sa famille. Les choses se sont passées de telle manière , que si quelqu'un les racontait avec esprit , le récit en deviendrait amusant. Mais , puisque vous m'ordonnez de vous raconter en détail , dans ma lettre , quelque chose de gai , trouvez bon , je vous prie , que je vous dise , en peu de mots , d'un style facétieux , sans blesser néanmoins vos oreilles sévères , l'accueil plaisant fait à mon protégé ; vous verrez par-là si je connais d'aujourd'hui l'homme que je vous recommande pour la seconde fois. Quand il est de règle que l'on

est regularum, ut ex materia omni usurpentur principia dicendi, cur hic quoque quodcumque mihi sermocinaturo materia longius quaeratur expetaturque, nisi ut sermoni nostro sit ipse pro causa, cui noster sermo erit pro sarcina?

Arverni huic patria, parentes natalibus non superbis, sed absolutis, et sicut nihil illustre jactantes, ita nihil servile metuentes, contenti censu modico, sed eodem vel sufficiente vel libero; militia illis in clericali potius quam in palatino decursa comitatu. Pater isti granditer frugi, et liberis parum liberalis, qui que per nimiam parcimoniam juveni filio plus prodesset quam placere maluerit. Quo relicto, tunc puer iste vos petiit nimis expeditus, quod erat maximum conatibus primis impedimentum; nihil est enim viatico levi gravius. Attamen primus illi in vestra mœnia satis secundus introitus. Sancti Eustachii, qui vobis decessit, actutum dicto factoque gemina benedictio est; hospitium brevi quæsitum, jam Eustachii cura facile inventum, celeriter aditum, civiliter locatum. Jam primum crebro accusu excolere vicinos, identidem ab iis ipse haud aspernanter resalutari. Agere cum singulis, prout ætatis ratio permitteret, grandævos obsequiis, æquævos officiis obligare, pudicitiam præ cæteris sobrietatemque sectari, quod tam laudandum in juventute, quam rarum. Summatibus deinceps et tunc Comiti civitatis non minus opportunis quam frequentibus excubiis agnosci, innotescere, familiarescere, sique ejus in dies sedulitas majorum sodalitatibus promoveri; fovere boni quique certatim, votis

peut puiser partout une matière d'exorde , pourquoi irais-je , moi qui dois vous entretenir d'une chose quelconque , chercher un texte bien loin ? Celui qui vous porte ma lettre en sera aussi le sujet.

L'Auvergne est la patrie d'Amantius; ses parens, sans être d'une origine distinguée , sont d'une condition libre ; s'ils ne peuvent étaler des ancêtres illustres, ils ne craignent pas du moins qu'on leur en trouve qui aient passé par quelque servitude ; ils savent se contenter d'une fortune modique, mais suffisante et dégagée de toute dette; ils ont eu des charges dans l'Eglise , plutôt que dans l'Etat. Son père, très-homme de bien , peu libéral envers ses enfans , aimait toujours mieux être utile , par une excessive économie , à un fils encore jeune , que de contenter ses caprices. Amantius , abandonnant son père , se rendit auprès de vous , la bourse trop peu fournie , ce qui devenait un grand obstacle à ses premières tentatives ; car il n'est rien de si pesant qu'un léger viatique. Cependant , sa première entrée dans vos murs fut assez heureuse. Le saint Eustachius , votre prédécesseur , lui prodigua sur-le-champ ses conseils et ses bons offices ; on cherche aussitôt un logement , on se le procure sans peine par les soins d'Eustachius , on y entre aussitôt , on le loue dans les formes. Notre homme cultive d'abord , par de fréquentes visites , ses voisins qui ne dédaignent pas de le visiter de temps en temps. Il se comporte envers tout le monde comme le veut l'âge de chacun ; respectueux pour les vieillards , il est rempli de prévenances pour les jeunes gens ; il se fait remarquer surtout par ses bonnes moeurs et sa sobriété , qualité d'autant plus louable dans un jeune homme qu'elle s'y rencontre plus rarement. Il fait ensuite connaissance avec des grands et

omnes , plurimi consiliis , privati donis , cuncti beneficiis adjuvare ; perque haec spes opesque istius raptim saltuatimque cumulari .

Forte accidit ut diversorio cui ipse successerat , quædam femina non minus censu quam moribus idonea vicinaretur , cuius filia infantiae jam temporibus emensis necdum tamen nubilibus annis appropinquabat . Huic hic blandus , siquidem ea ætas infantulæ , ut adhuc decenter , nunc quædam frivola , nunc ludo apta virgineo scruta donabat ; quibus isti parum grandibus causis plurimum virginulæ animus copulabatur . Anni obiter thalamo pares ; quid moror multis ? adolescens solus , tenuis , peregrinus , filius familias , et e patria , patre non solum non volente , verum etiam ignorante discedens , puellam non inferiorem natalibus , facultibus superiorem , medio episcopo , quia Lector , solatio comitis , quia cliens , socru non inspiciente substantiam , sponsa non dispiciente personam , uxorem petit , impetrat , dicit . Conscribuntur tabulæ nuptiales ; et , si qua istic municipioli nostri suburbanitas , matrimonialibus illic inserta documentis , mimica largitate recitatur . Peracta circumscriptione legitima et fraude solenni , levat divitem conjugem pauper adamatus , et diligenter quæ ad sacerum pertinuerant rimatis convasatisque , non parvo

même avec le comte de la ville, leur fait la cour souvent et à propos, se lie, se familiarise avec eux; ses assiduités lui valent l'intimité des personnes les plus remarquables; les gens de bien le favorisent à l'envi, tout le monde fait des vœux pour son bonheur, il reçoit de nombreux conseils, les particuliers lui font des présens, chacun le comble de bienfaits; au milieu de tout cela, ses espérances et sa fortune grandissent incessamment.

Le hasard lui avait procuré pour voisine une femme aussi distinguée par ses richesses que par ses bonnes mœurs, et dont la fille avait passé déjà les premières années de l'enfance, sans être néanmoins encore nubile. Amantius, avec des manières caressantes, qui ne pouvaient avoir rien que de décent, vu l'âge de la jeune personne, cherchait à lui plaire par de petits présens, par des bagatelles capables de l'amuser. Ces prévenances, si légères du reste, lui gagnaient le cœur de cette enfant. Arrive l'âge de puberté; que ne vais-je au but? ce jeune homme, seul, sans fortune, -étranger, membre d'une famille nombreuse, qui avait quitté sa patrie non-seulement contre le gré, mais encore à l'insu de son père, voyant que la jeune personne, avec une naissance égale à la sienne, lui était bien supérieure en richesses, aidé de l'évêque en qualité de lecteur, appuyé du comte en qualité de client, comme la mère n'examinait pas s'il avait de la fortune, comme la fille n'avait pas de l'éloignement pour lui, il la demande en mariage, l'obtient et l'épouse. On écrit les articles du contrat; un petit lot de terre, voisin de notre municipé, et que l'on porte sur l'acte matrimonial, Amantius le fait valoir avec une emphase tout-à-fait comique. La duperie une fois légalement arrangée, la fraude une fois disposée d'une manière solennelle, pauvre, mais aimé, il enlève sa riche

etiam corollario facilitatem credulitatemque munificentiæ socrualis emungens , receptui in patriam cecinit præstigiator invictus.

Habetis historiam juvenis eximii , fabulam Milesie vel Atticæ parem. Simul et ignoscite præter æquum epistolarem formulam porrigenti , quam ob hoc stylo morante produxi , ut non tanquam ignotum reciperetis , quem civem beneficii reddidistis. Pariter et natura comparatum est , ut quibus impendimus studium , præstemus affectum. Vos vero Eustachium pontificem tunc ex asse digno hærede decessisse monstrabitis , si ut propinquis testamenti , sic clientibus patrocinii legata solvatis. Ecce parui , et obedientis officium garrulitate complevi , licet negotium indocto qui prolixitatis injungit , ægre ferre non debeat , si non tam eloquentes epistolas recipit quam loquaces. Memor nostri esse dignare , domine Papa.

épouse ; puis , quand il a recherché , recueilli avec soin la succession de son beau-père , à laquelle il joint en guise d'accompagnement ce qu'il sait extorquer à la mère trop facile et trop crédule , cet habile imposteur bat en retraite pour sa patrie .

Après son départ , la belle-mère voulut intenter un procès au gendre , sous prétexte qu'il avait exagéré sa fortune dans le contrat ; elle se plaignait du peu de bien qu'Amantius avait apporté en mariage , alors qu'elle avait à se féliciter déjà du grand nombre de ses petits-fils . Pour l'apaiser , notre Hippolyte s'était rendu à Marseille , lorsqu'il vous présenta ma première lettre de recommandation .

Vous avez l'histoire de l'excellent jeune homme , histoire qui ressemble aux fables de Milet , ou à celles de l'Attique . Excusez en même temps la longueur démesurée de cette lettre ; si je me suis arrêté à de si longs détails , c'est pour obtenir de vous qu'il ne soit point reçu comme un étranger , celui que vos biensfaits ont rendu votre citoyen . Il est d'ailleurs assez naturel , quand on s'est intéressé pour quelqu'un , de lui conserver son affection . Vous montrerez que vous êtes un digne légataire du pontife Eustachius , si vous payez à ses cliens les legs de son patronage , comme vous avez payé à ses proches les legs de son testament . Voilà que j'ai obéi ; voilà que par mon babil j'ai rempli vos ordres ; du reste , dès que l'on demande à un homme peu exercé une chose qui veut être détaillée , il ne faut point être fâché si l'on reçoit des lettres moins éloquentes que verbeuses . Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape .

EPISTOLA III.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ MEGETHIO SALUTEM.

Diu multumque deliberavi , quanquam mihi animo affectus studioque parendi sollicitaretur , an destinarem , sicuti injungis , contestatiunculas quas ipse dictavi. Vicit ad ultimum sententia , quæ tibi obsequendum definiebat ; ergo petita transmisi , et quid modo dicemus ? grandis ne hæc obedientia ? Puto , grandis est ; grandior impudentia tamen. Hac enim fronte possemus fluminibus aquas , silvis ligna transmittere , hac enim temeritate Apellem peniculo , coelo Phidiam , malleo Polycletum munera remur. Dabis ergo veniam præsumptioni , Papa sancte , facunde , venerabilis , quæ doctissimo examini tuo naturali garrulitate deblaterat. Habet consuetudo nostra pro ritu , ut , etsi pauca edit , multa conscribat , veluti est canibus innatum , ut , etsi non latrant , tamen hirriant. Memor nostri esse dignare , domine Papa.

LETTRE III.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE MEGETHIUS , SALUT.

J'AI long-temps balancé , malgré mon envie extrême de t'obéir , si je devais t'envoyer , comme tu le demandes , les *Préfaces* que j'ai composées moi-même. A la fin , le sentiment de la condescendance a triomphé dans mon esprit , et je te fais passer ce que tu désires. Et que dirons-nous maintenant ? Est-ce là une grande obéissance ? elle est grande , ce me semble ; mon impudence toutefois est plus grande encore. Nous pourrions avec cette effronterie porter de l'eau dans les fleuves , du bois dans les forêts ; avec cette témérité , nous gratifierions Apelles d'un pinceau , Phidias d'un ciseau , Polyclète d'un marteau. Tu me pardonneras donc , Pape saint , éloquent , vénérable , une présomption qui ose s'abandonner à son babil naturel , devant un juge aussi éclairé que toi. C'est notre habitude , pour exprimer peu de choses , d'écrire longuement , comme les chiens qui ont accoutumé de gronder , tout en n'aboyant pas. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

EPISTOLA IV.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ FONTEIO SALUTEM.

INSINUARE quoscumque jam paveo , quia commen-
datis nos damus verba , vos munera ; tanquam non
principalitas sit censenda beneficii , quod a me pec-
catore digressis sanctæ communionis portio patet.
Testis horum est Vindicius noster , qui segnus do-
mum pro munificentiae vestræ fasce remeavit ,
quoquo loci est , constanter affirmans , cum sitis
opinione magni , gradu maximi , non tamen esse
vos amplius dignitate quam dignatione laudandos.
Prædicat sanctas , melleas et floridas , quæ procedunt
de temperata communione , blanditias ; nec tamen ex
hoc quidquam pontificali deperire personæ , quod
sacerdotii fastigium non frangitis comitate , sed
flectitis. Quibus agnitis sic inardesco , ut tum me
sim felicissimum judicaturus , cum mihi coram po-
sito sub divina ope contigerit tam securum de Deo
suo pectus , licet præsumptiosis , arctis tamen , fo-
vere complexibus. Accipite confitentem ; suspicio
quidem nimis severos , et imbecillitatis meæ cons-
cius æquanimiter fero asperos mihi ; sed , quod fa-

LETTRÉ IV.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE FONTEIUS , SALUT.

JE n'ose plus vous recommander personne, parce que vous donnez des présens à ceux qui ne reçoivent de nous que des paroles, comme si déjà ce n'était pas de votre part un bienfait insigne d'admettre à votre sainte amitié les hommes envoyés par un pécheur comme moi : témoin notre Vindicius, qui est revenu lentement chez lui accablé qu'il était sous le poids de vos faveurs, et qui va proclamant partout que, malgré votre grande renommée, votre élévation, vous êtes moins recommandable encore par votre rang que par votre bonté. Il vante cet accueil pieux, doux et flatteur, cette noble affabilité qui vous caractérise, et qui ne compromet toutefois en rien votre dignité épiscopale, parce que ces manières pleines de grâce ne rabaisseント la grandeur du sacerdoce, mais savent l'accommoder à tout le monde. Ces récits m'enflamment tellement, que je me croirai très-heureux alors qu'il me sera donné, par la faveur du ciel, de voir et de serrer en des embrassemens étroits, quoique présomptueux, ce cœur si riche de son Dieu. Croyez-en mes aveux : je respecte sans doute les ames d'une excessive sévérité, et, dans la conscience de ma faiblesse, je supporte patiemment les caractères durs et

tendum est , hisce moribus facilius humilitate submittimur quam familiarite sociamur. In summa , viderit qua conscientiae dote turgescat , qui se ambientibus rigidum reddit ; ego tamen morum illius æmulator esse præelegerim , qui etiam longe positorum incitare in se affectat affectum. Illud quoque mihi inter maxima granditer cordi est quod apostolatus vestri patrocinium copiosum verissimis dominis animæ meæ Simplicio et Apollinari intermina intercessione conferre vos comperi. Si verum est , rogo ut non habeat vestra caritas finem ; si falsum est , peto ut non differat habere principium. Præterea commendo gerulum litterarum , cui istic , id est , in Vasionensi oppido quiddam necessitatis exortum sanari vestrae auctoritatis reverentiæ pondere potest. Memor nostri esse dignare , domine Papa.

EPISTOLA V.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ AGROECIO SALUTEM.
BITURICAS , decreto civium petitus , adveni ; causa fuit evocationis titubans Ecclesiæ status , quæ nuper summo viduata pontifice , utriusque professionis

âpres ; mais , je dois le confesser , de pareilles manières nous font bien plutôt sentir notre infériorité qu'elles n'attirent notre confiance. En somme , qu'ils examinent de quel mérite ils peuvent s'enorgueillir , les hommes qui se montrent rigides envers ceux dont ils sont environnés ; pour moi , j'aimerais mieux imiter les manières de celui qui cherche à se gagner l'affection des personnes même éloignées. Une chose aussi qui me réjouit grandement le cœur , c'est d'apprendre que votre apostolat ne se lasse pas de prodiguer son appui aux vrais maîtres de mon ame , Simplicius et Apollinaris. Si cela est vrai , je vous prie de ne pas mettre fin à votre charité ; si cela n'est pas , je désire qu'e vous ne tardiez pas à leur accorder votre amour. Je vous recommande encore le porteur de ma lettre ; des affaires épineuses qui l'appellent chez vous , c'est-à-dire dans la ville de Vaison , pourraient s'arranger par votre influence et votre autorité. Daignez te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRE V.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE AGROECIUS , SALUT.

J'ARRIVE à Bourges , appelé dans cette ville par les citoyens. Le motif de cet appel , c'est le malheureux état de leur église , veuve depuis peu de son vénérable pape , et qui voit des ambitieux de l'un et l'autre ordre

ordinibus ambiendi sacerdotii quoddam classicum cecinit. Fremit populus per studia divisus; pauci alteros, multi sese non offerunt solum, sed inferunt. Si aliquid pro virili portione secundum Deum consulas veritatemque, omnia occurunt levia, varia, fucata, et, quid dicam? sola est illic simplex impudentia. Et, nisi me immerito queri judicaretis, dicere auderem tam præcipitis animi esse plerosque tamque periculosi, ut sacrosanctam sedem dignitatemque affectare, pretio oblato non reformident; et rem jam dudum in nundinam mitti auctionemque potuisse, si quam paratus invenitur emptor, venditor tam desperatus inveniretur. Proinde quæso ut officii mei novitatem, pudorem, necessitatem spectatissimi adventus tui ornes contubernio, tu- teris auxilio. Nec te, quanquam Senoniæ caput es, inter hæc dubia subtraxeris intentionibus medendis Aquitanorum; quia minimum refert, quod nobis est in habitatione divisa provincia, quando in religione causa conjungitur. His accedit, quod de urbibus Aquitanicæ primæ solum oppidum Arvernū romanis reliquum partibus bella fecerunt. Quapropter in constituendo præfatæ civitatis antistite, provincialium collegarum deficimur numero, nisi metropolitanorum reficiamus assensu. De cætero, quod ad honoris vestri spectat prærogativam, nullus a me hactenus nominatus, nullus adhibitus, nullus electus est; omnia censuræ tuæ salva, illibata, solida servantur. Tantum hoc meum duco vestras invitare personas, exspectare voluntates, laudare sententias; et cum in locum statumque pontificis quisque suf-

briguer, comme à un signal donné, les honneurs de l'épiscopat. Le peuple s'agit et se partage en factions contraires ; peu de gens donnent leurs suffrages à d'autres, beaucoup de personnes s'offrent elles-mêmes et se présentent par force. Si vous voulez , autant qu'il est en vous, considérer les choses selon Dieu et la vérité , vous ne remarquerez partout que légèreté , qu'inconstance , que déguisement ; en un mot , c'est l'impudence elle seule qui triomphe ici , Et , si je ne craignais que vous ne m'accusassiez d'exagération , j'oserais vous dire qu'on agit d'une manière précipitée, dangereuse, et que la plupart ne rougissent pas d'offrir de l'argent pour obtenir un poste saint, une dignité sacrée ; depuis long-temps même on aurait déjà mis à l'enclôture le siège épiscopal , s'il se fût trouvé des vendeurs aussi déterminés que le sont les acquéreurs. Par conséquent , je te prie de venir m'honorer de ta présence , et de me soulager dans l'embarras et la nécessité où je me trouve de remplir un devoir nouveau pour moi. Quand bien même tu es le chef de la Sénonnaise , ne refuse pas , en ces circonstances difficiles , de calmer les débats des Aquitains ; car il n'importe guère que nous habitions des provinces différentes, puisque nous sommes réunis par les liens de la religion. Je dirai de plus, que, de toutes les villes de la première Aquitaine , les guerres n'ont laissé dans le parti des Romains que la seule ville des Arvernes. C'est ce qui fait que nous manquons , en notre province , du nombre suffisant d'évêques pour établir un pontife dans la cité de Bourges ; il nous faut un métropolitain pour cette élection. Au reste , vous y paraîtrez avec la prérogative de votre rang ; je n'ai encore nommé , désigné , ni choisi personne ; nous réservons tout absolument à votre décision. Le seul privilége que je m'attribue , c'est de vous inviter , d'at-

ficitur , ut a vobis præceptum , a me procedat obsequium.

Sed si , quod tamen arbitror minime fore , pre-
cibus meis apud vos malesuadus obstiterit interpres ,
poteritis præsentiam vestram potius excusare quam
culpam ; sicut e diverso , si venitis , ostenditis quia
terminus potuerit poni vestræ quidem regioni , sed
non potuerit caritati. Memor nostri esse dignare ,
domine Papa.

EPISTOLA VI.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ BASILIO SALUTEM.

SUNT nobis , munere Dei , novo nostrorum tem-
porum exemplo , amicitarum vetera jura , diuque
est quod invicem diligimus ex æquo. Porro autem ,
quod ad communem conscientiam pertinet , tu pa-
tronus , quanquam hoc ipsum præsumptiose arro-
ganterque loquar. Namque iniquitas mea tanta est
ut mederi de lapsuum ejus assiduitate vix etiam tuæ
supplicationis efficacia queat. Igitur , quia mihi es
tam patrocinio quam dilectione bis dominus , pa-
riter et quod memini probe quo polleas igne sen-
suum , fonte verborum , qui viderim Modaharium

tendre votre jugement , d'applaudir à votre choix , et de vous montrer , lorsque vous aurez nommé un évêque au siège de Bourges , toute ma déférence pour vos volontés.

Mais si quelqu'un , ce que je ne crois pas , allait vous donner le mauvais conseil de vous refuser à ma prière , vous pourriez plutôt excuser votre absence que votre faute ; au contraire , si vous venez , vous me prouverez qu'on peut mettre des bornes à votre pays , mais qu'il est impossible d'en fixer à votre charité. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRE V.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE BASILIUS , SALUT.

Il existe entre nous , grâce à Dieu , et par un exemple rare de nos jours , de vieux liens d'amitié ; il y a long-temps que nous nous aimons l'un l'autre d'une égale tendresse. Mais , si j'envisage notre position respective , tu es mon patron , quoique , au reste , ce soit là parler d'une manière présomptueuse et arrogante ; car , mes iniquités sont si grandes que tu pourrais à peine , par l'efficacité de tes prières , me relever de mes chutes continues. Or , comme tu es deux fois mon maître par la protection que tu m'accordes , par l'amitié dont tu m'honores ; comme j'apprécie fort bien l'ardeur de ton

civem Gothum Arianæ hæreseos jacula vibrantem ,
quo tu spiritualium testimoniorum mucrone confo-
deris , servata cæterorum tam reverentia quam pace
pontificum , non injuria tibi defleo qualiter eccle-
siasticas caulas istius aeris lupus , qui peccatis
pereuntium saginatur animarum , clandestino morsu
necdum intellecti dentis arrodat . Namque hostis
antiquus , quo facilius insultet balatibus ovium des-
titutarum , prius dormitantium incipit cervicibus
imminere pastorum . Neque ego ita mei meminens
non sum , ut nequaquam me hunc esse reminiscar ,
quem longis adhuc abluenda fletibus conscientia
premat ; cujus stercore tamen , sub ope Christi ,
quandoque mysticis orationum tuarum rastris eru-
derabuntur . Sed quoniam supereminet privati reatus
verecundiam publica salus , non verebor , etsi carpat
zelum in me fidei sinister interpres , sub vanitatis
invidia causam prodere veritatis .

Evarix , rex Gothorum , quod limitem regni sui ,
rupto dissolutoque foedere antiquo , vel tutatur ar-
morum jure vel promovet , nec nobis peccatoribus
hic accusare , nec vobis sanctis hic discutere permis-
sum est . Quin potius , si requiras , ordinis res est , ut
et dives hic purpura byssoque veletur , et Lazarus hic
ulceribus et paupertate feriatur . Ordinis res est , ut ,
dum in hac allegorica versamur Ægypto , Pharaon in-
cedat cum diademate , Israelita cum cophino . Ordinis
res est , ut , dum in hac figuratae Babylonis fornace
decoquimur , nos cum Jeremia spiritualem Jerusalem
suspiriosis plangamus ululatibus , et Assur fastu re-
gio tönans sanctorum sancta proculcet . Quibus præ-

zèle , la puissance de tes paroles , moi qui t'ai vu percer , avec le glaive des témoignages spirituels , le Goth Mordaharius , jetant partout les traits de l'arianisme , je puis donc bien , sans manquer aux égards que méritent les autres évêques , déplorer auprès de toi la manière dont ce loup cruel s'engraisse avec les péchés des ames qui périssent , et dévaste en secret , dans sa rage peu connue encore , les bergeries de l'Eglise ; car l'antique ennemi , pour insulter plus à son aise aux bêlemens des brebis abandonnées , commence par fondre sur les pasteurs qui sommeillent . Cependant , je ne m'oublie point assez pour ne pas me ressouvenir que j'ai besoin de laver en des larmes continues les souillures de ma conscience ; et j'espère qu'un jour , avec le secours du Christ et par l'influence mystérieuse de tes oraisons , cette conscience pourra se purifier . Mais , comme le salut public l'emporte sur le repentir que j'ai de mes fautes particulières , dût-on même interpréter défavorablement et blâmer mon zèle pour la foi , je me garderai bien de trahir la cause de la vérité , crainte d'être accusé d'orgueil .

Si le roi des Goths , Evarix , après avoir rompu et brisé l'ancienne alliance , protégé par le droit des armes , ou recule les frontières de son royaume , il ne nous est pas permis à nous pécheurs de nous en plaindre , ni à vous , saint pontife , d'en parler . De plus , si tu veux le savoir , il est de l'ordre que le riche soit vêtu de pourpre et de fin lin , que Lazare soit frappé d'ulcères et de pauvreté ; il est de l'ordre que , dans cette mystérieuse Egypte où nous cheminons , Pharao marche paré du diadème , l'Israëlite chargé de la hotte ; il est de l'ordre que dans la fournaise de cette autre Babylone où nous sommes consumés , nous poussions avec Jérémie , vers la Jérusalem spirituelle , des cris et des sanglots entrecoupés , et qu'Assur , tonnant

sentum ego futurarumque beatitudinum vicissitudinibus inspectis, communia patientius incommoda fero. Primum, quod mihi quæ merear introspicienti, quæcumque adversa provenerint leviora reputabuntur; dein quod certum scio maximum esse remedium interioris hominis, si in hac area mundi variis passionum flagellis trituretur exterior. Sed, quod fatendum est, præfatum regem Gothorum, quam sit ob virium merita terribilis, non tam romani mœnibus quam legibus christianis insidiaturum pavesco; tantum, ut ferunt, ori, tantum pectori suo, catholici mentio nominis acet, ut ambigas ampliusne suæ gentis an suæ sectæ teneat principatum. Ad hoc, armis potens, acer animis, alacer annis, hunc solum patitur errorem quod putat sibi tractatum consiliorumque successum tribui pro religione legitima quem potius assequitur pro felicitate terrena. Propter quod discite cito catholici status valetudinem occultam, ut apertam festinetis adhibere medicinam. Burdegala, Petrocorii, Ruteni, Lemovices, Gabalitani, Elusani, Vasates, Convenæ, Auscenses, multoque jam major numerus civitatum, summis sacerdotibus ipsorum morte truncatis, nec ullis deinceps episcopis in defunctorum officia suffectis, per quos utique minorum ordinum ministeria subrogabantur, latum spirituális ruinæ limitem traxit. Quam fere constat sic per singulos dies morientum patrum proficere defectu, ut non solum quoslibet hæreticos præsentum, verum etiam hæresiarchas priorum temporum potuerit inflectere, ita populos excessu pontificum orbatos tristis intercisæ fidei desperatio premit.

du haut de son faste royal , foule à ses pieds le saint des saints. Pour moi , en comparant le bonheur fugitif de ce monde avec l'éternelle bénédiction de la vie future , je supporte plus patiemment des calamités communes. D'abord , si je considère ce que je mérite , quelques malheurs qui puissent m'arriver , je dois les trouver trop légers ; puis ensuite , je sais bien que c'est un puissant remède pour l'homme intérieur , si l'homme extérieur est battu dans l'aire de ce monde sous les fléaux des calamités diverses. Mais , il faut l'avouer , quoique ce roi des Goths soit terrible à cause de ses forces , je crains moins ses coups pour les murs des Romains que pour les lois chrétiennes. Le seul nom de catholique lui cause une telle horreur , dit-on , que vous le croiriez le chef de sa secte , comme il est celui de ses peuples. Ajoutez encore la puissance de ses armes , le feu de son courage , la vigueur de sa jeunesse ; l'unique travers de ce prince , c'est d'attribuer à la bonté de sa religion le succès de ses entreprises , de ses desseins , tandis qu'il ne le tient que d'une félicité temporelle. Ainsi donc , instruisez-vous promptement des maux secrets de l'état catholique , pour y apporter en toute hâte un remède efficace. Bordeaux , Périgueux , Rhodez , Limoges , Gabale , Eause , Bazas , Comminges , Auch , et beaucoup d'autres villes encore dont les pontifes ont été moissonnés par la mort , sans qu'on ait mis de nouveaux évêques pour conférer les ministères des ordres inférieurs , ont vu s'étendre au loin l'image de ces ruines spirituelles. Le mal augmente évidemment tous les jours , par le vide que laisse la mort des pontifes ; et les hérétiques du siècle comme ceux des âges passés pourraient en être attendris , tant il est triste de voir les peuples privés de leurs évêques et désespérés de la perte de la foi. Dans les diocèses , dans les paroisses , tout est négligé ; partout l'on voit des églises dont le faite

Nulla in desolatis cura dioecesibus parochiisque. Videas in ecclesiis aut putres culminum lapsus , aut , valvarum cardinibus avulsis , basilicarum aditus hispidorum veprium fruticibus obstructos. Ipsa , proh dolor ! videas armenta , non modo semipatentibus jacere vestibulis , sed etiam herbosa viridantium altarium latera depasci. Sed jam nec per rusticas solum solitudo parochias , ipsa insuper urbanarum ecclesiarum conventicula rarescunt. Quid enim fidelibus solatii superest , quando clericalis non modo disciplina , verum etiam memoria perit ? Evidem cum clericus quisque defungitur , si benedictione succidua non accipiat dignitatis hæredem , in illa ecclesia sacerdotium moritur , non sacerdos. Atque ita quid spei restare pronunties , ubi facit terminus hominis finem religionis ? Altius inspice spiritualium damna membrorum , profecto intellegitis quanti subripiuntur episcopi , tantorum vobis populorum fidem periclitaturam. Taceo vestros , Croucum Simpliciumque , collegas , quos cathedris sibi traditis eliminatos , similis exilii cruciat poena dissimilis. Namque unus ipsorum se dolet non videre quo redeat ; alter se dolet videre quo non reddit. Tu sacra-tissimorum pontificum Leontii , Fausti , Græci , urbe , ordine , caritate medius inveniris ; per vo mala foederum currunt , per vos regni utriusque pacta conditionesque portantur. Agite quatenus hæc sit amicitia , concordia principalis , ut , episcopali or-dinatione permissa , populos Galliarum , quos limes Gothicæ sortis incluserit , teneamus ex fide , etsi non tenemus ex foedere. Memor nostri esse dignare , domine Papa.

se dégrade et tombe ; leurs portes sont arrachées , leurs gonds enlevés , l'entrée des basiliques est fermée avec des ronces et des épines ; les troupeaux eux-mêmes , ô douleur ! viennent se coucher au milieu des vestibules entr'ouverts , et brouter l'herbe qui croît autour des saints autels. La solitude ne règne pas seulement dans les paroisses de la campagne , mais encore dans les églises des villes , où les réunions deviennent si rares. Quelle consolation reste-t-il aux fidèles , quand la discipline ecclésiastique périt , quand le souvenir même s'en efface ? Un clerc vient-il à sortir de la vie , si la bénédiction épiscopale ne lui donne pas de successeur , le sacerdoce meurt dans cette église , et non pas le prêtre. Et alors , quel espoir penses-tu qu'il reste , quand la fin d'un homme amène celle de la religion ? Envisagez de plus près les pertes qu'éprouvent les membres spirituels ; vous le comprendrez sans peine , autant il disparaît d'évêques , autant il est de peuples dont la foi périclite. Je ne dis rien de vos collègues Crocus et Simplicius , arrachés à leurs sièges , et souffrant dans un exil pareil des peines différentes ; car , l'un d'eux est triste de ne plus voir des lieux où il voudrait revenir ; l'autre , de voir des lieux où il ne revient pas. Tu es au milieu des saints pontifes Léontius , Faustus , Græcus , par ta ville , par ton rang , par ta charité. C'est vous qui êtes chargés de transmettre les désastres des alliances , les traités de paix entre les deux états. Faites que l'union , la concorde règne parmi les princes , qu'il nous soit libre d'ordonner des évêques , et que les peuples des Gaules , qui seront renfermés dans l'empire des Goths , appartiennent à notre foi , s'ils ne doivent plus appartenir à notre domination. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

EPISTOLA VII.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ GRÆCO SALUTEM.

Ecce iterum Amantius nugigerulus noster Massiliam suam repetit, aliquid, ut moris est, de manubiis civitatis domum reportaturus, si tamen cataplus arriserit, per quem joculariter plura garrissem, si pariter unus idemque valeret animus exercere læta, et tristia sustinere. Siquidem nostri hic nunc est infelicis anguli status, cuius, ut fama confirmat, melior fuit sub bello quam sub pace conditio. Facta est servitus nostra pretium securitatis alienæ. Arvernorum, proh dolor! servitus, qui, si prisca replicarentur, audebant se quondam fratres Latio dicere, et sanguine ab Iliaco populos computare. Si recentia memorabuntur, ii sunt qui viribus propriis hostium publicorum arma remorati sunt; cui sæpe populo Gothus non fuit clauso intra moenia formidini, cum vicissim ipse fieret oppugnatoribus positis intra castra terrori. Hi sunt qui sibi adversus vicinorum aciem tam duces fuere quam milites; de quorum tamen sorte certaminum si quid prosperum cessit, vos secunda solata sunt; si quid contrarium,

LETTRÉ VII.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE GRÆCUS, SALUT.

Voici encore Amantius, le porteur de mes badineries, qui retourne dans sa ville de Massilia, pour faire, selon sa coutume, quelque profit sur vos concitoyens, et rapporter chez lui les fruits de son commerce, si toutefois le port lui présente une occasion favorable. Je vous adresserais en cette circonstance quelques plaisantes causeries, si le même esprit pouvait en même temps se livrer à la gaieté, et porter le poids de la tristesse. Tel est aujourd'hui l'état de notre malheureuse province, que la renommée a raison de représenter notre sort comme ayant été meilleur pendant la guerre, qu'il ne l'est depuis la paix. Notre esclavage est devenu le prix de la sécurité de nos voisins. L'esclavage des Arvernes, ô douleur!.. Si je fouille dans le passé, j'y trouve qu'ils osèrent se dire jadis les frères des antiques habitans du Latium, et reporter leur origine au sang d'Ilium. Si je rappelle des faits récents, je vois que ce sont eux qui, de leurs propres forces, ont arrêté les armes de l'ennemi commun; qui, plus d'une fois, enfermés dans leurs murs, n'ont pas redouté le Goth, mais l'ont épouvanlé dans son camp, lorsqu'il les assiégeait. Ce sont eux qui ont su remplir contre les armées de leurs voisins le rôle de

illos adversa fregerunt. Illi amore reipublicæ Seronatum Barbaris provincias propinan tem non timuere legibus tradere , quem convictum deinceps respublica vix præsumpsit occidere. Hoccine meruerunt inopia , flamma , ferrum , pestilentia , pingues cædibus gladii , et macri jejuniis præliatores ? Propter hujus tamen inclytæ pacis exspectationem , avulsas muralibus rimis herbas in cibum traximus ; crebro per ignorantiam venenatis graminibus infecti , quæ indiscretis foliis succisque viridantia , sæpe manus fame concolor legit. Pro iis tot tantisque devotionis experimentis nostri , quantum audio , facta jactura est. Pudeat vos , precamur , hujus fœderis , nec utilis , nec decori. Per vos legationes meant. Vobis primum , quanquam principe absente , non solum tractata reserantur , verum etiam tractanda committuntur. Veniabilis sit , quæsumus , apud aures vestras veritatis asperitas , cuius convitii invidiam dolor eripit. Parum in commune consulitis ; et , cum in concilium convenitis , non tam curæ est publicis mederi periculis , quam privatis studere fortunis ; quod utique sæpe diuque facientes , jam non primi comprovincialium coepistis esse , sed ultimi. At quo usque istæ poterunt durare præstigiæ ? Non enim diutius ipsi majores nostri hoc nomine gloriabuntur , qui minores incipiunt non habere. Quapropter vel consilio , quo potestis , statum concordiæ tam turpis incidite. Adhuc , si necesse est , obsideri , adhuc pugnare , adhuc esurire delectat. Si vero tradimur , qui non potuimus viribus obtineri , invenisse vos certum est quid barbarum suaderetis ignavi.

chefs aussi bien que de soldats. Mais si le sort des combats leur a procuré quelque avantage , tout le fruit en a été pour vous ; s'il leur est devenu contraire , ils ont porté seuls tout le poids du malheur. Les Arvernes , par amour pour la république, n'ont pas craint de livrer aux lois Séronatus qui jetait aux Barbares les provinces de l'empire ; et ensuite , quand il fut convaincu de son crime, la république hésitait encore à le punir. Voilà donc ce qu'il nous a valu d'avoir bravé la faim , les flammes , le fer , la peste , d'avoir engraissé nos glaives du sang ennemi, de nous être exténués de jeûnes en combattant ! Voilà donc la paix si avantageuse que nous attendions , lorsque , pour échapper aux horreurs de la faim , nous arrachions les herbes qui croissaient entre les fentes de nos murs ! souvent trompés par la forme et le suc de leurs feuilles , nous cueillimes d'une main livide des plantes vénéneuses. En récompense de tant d'actes courageux et héroïques , si je suis bien informé , on nous sacrifie. Rougissez , nous vous en prions , d'une paix qui n'est ni utile , ni glorieuse. C'est par vos mains que passent les négociations ; c'est vous le premier qui , même en l'absence du prince , connaissez les traités déjà faits , et qui êtes chargé des traités à faire. Pardonnez , je vous prie , les paroles sévères que je vous adresse ; la douleur ôte à mes reproches toute leur amertume. Vous consultez peu l'intérêt public ; dans vos assemblées , vous cherchez moins à remédier aux malheurs communs , qu'à éléver des fortunes privées ; en agissant toujours ainsi , vous avez commencé d'être non plus le premier , mais le dernier de vos comprovinciaux. Or , jusques à quand pourront durer ces intrigues ? Nos ancêtres ne se glorifieront plus désormais de ce titre, puisqu'ils commencent à manquer déjà de descendants. Ainsi donc , par tous les

Sed cur dolori nimio frena laxamus? Quin potius
ignoscite afflictis, nec imputate mōrentibus. Nam-
que alia regio tradita servitium sperat, Arverna
supplicium. Sane si medicari nostris ultimis non
valetis, saltem hoc efficite prece sedula ut sanguis
vivat, quorum est moritura libertas; parate exu-
libus terram, capiendis redemptionem, viaticum
peregrinaturis. Si murus noster aperitur hostibus,
non sit clausus vester hospitibus. Memor nostri esse
dignare, domine Papa.

EPISTOLA VIII.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ EUPHRONIO SALUTEM.

QUANDOQUIDEM me clericalis officii vincula ligant,
felicissimum mediocritatis meæ statum pronuntia-
rem, si nobis haberentur quam territoria vicina,
tam mōnia. De minimis videlicet rebus coronam

moyens possibles , rompez un traité de paix si honteux. S'il faut encore soutenir un siège , s'il faut combattre encore , endurer encore la faim , nous le ferons avec plaisir ; mais si nous sommes livrés , nous que la force n'a pu vaincre , il est certain que vous avez imaginé ces transactions lâches et barbares.

Pourquoi m'abandonner à l'excès de la douleur ? Excusez notre affliction ; pardonnez au langage du désespoir. Les autres pays qui ont été cédés n'attendent que l'esclavage ; les Arvernes attendent le supplice. Si vous ne pouvez nous arracher à notre pénible situation , au moins faites , par l'assiduité de vos prières , qu'elle vive encore la race de ceux dont la liberté doit mourir. Préparez une retraite aux exilés , des rançons pour les esclaves , des vivres pour les pèlerins. Si nos murailles sont ouvertes aux ennemis , que les vôtres ne soient pas fermées à des hôtes. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRE VIII.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE EUPHRONIUS , SALUT.

PUISQUE je suis engagé dans les liens de l'état ecclésiastique , je me trouverais fort heureux , malgré mon peu de mérite , si nos villes étaient aussi voisines que le sont nos territoires. Alors , je te consulterais sur les

tuam maximisque consulerem , fieretque actionum
mearum quasi cujuspiam fluvii placidissimus cursus
atque inoffensus , si e tractatu tuo veluti e saluber-
rimo fonte manaret . Procul dubio tunc ille non esset
aut spumosus per jactantiam , aut turbidus per su-
perbiam , aut cœnosus per conscientiam , aut præ-
ceps per juventutem . Quin potius in illo squalidum
si quid ac putre sorderet , totum id admixta consilii
tui vena dilueret . Sed quod hujuscemodi votis spatia
sunt longa interposita præpedimento , sedulo precor
ut consulentem de scrupulo incursæ ambiguitatis
expedias , et , quia Simplicium spectabilem virum
episcopum sibi flagitat populus Biturix ordinari ,
quid super tanto debeam negotio facere , decernas .
Hujus es namque vel erga me dignationis , vel erga
reliquos auctoritatis , ut si quid fieri voles , voles
autem quidquid æquissimum est , non suadere
tam debeas quam jubere . De quo tamen Simplicio
scitote narrari plurima bona , atque ea quidem a
plurimis bonis . Quæ testimonia mihi prima fronte
colloquii non satis grata , quia satis gratiosa judica-
bantur . At postquam æmulos ejus nihil vidi am-
plius quam silere , atque eos maxime qui fidem
fovent Arrianorum , neque quidpiam nominato licet ,
necdum nostræ professionis illicitum opponi , ani-
mum adverti exactissimum virum posse censeri ,
de quo civis malus loqui , bonus tacere non posset .

Sed cur ego ista hæc ineptus adjeci , tanquam
darem consilium qui poposci ? Quin potius omnia ex
vestro nutu , arbitrio litterisque disponentur , sa-

moindres choses comme sur les plus importantes ; le cours de mes actions , pareil à celui d'un fleuve , s'en irait calme et paisible , découlant en quelque sorte de la source bienfaisante de tes entretiens. Alors , sans doute , ce cours ne serait ni enflé par ma présomption , ni troublé par mon orgueil , ni fangeux par ma conscience , ni précipité par ma jeunesse ; bien plus , tout ce qu'il pourrait offrir d'impur ou de corrompu , la veine de tes conseils le ferait disparaître en s'y mêlant. Mais , puisque le long espace qui est jeté entre nous s'oppose à la réalisation de mes vœux , je te prie instamment de m'envoyer tes conseils dans un cas embarrassant qui se présente : le peuple de Bourges demande qu'on lui donne pour évêque Simplicius , personnage très-remarquable ; décide quelle conduite je dois tenir en cette importante affaire. Tu as envers moi tant de bontés , tu as sur les autres une telle influence , que si tu veux quelque chose (et tu ne voudras que des choses parfaitement justes) , tu dois donner moins des conseils que des ordres. Pour ce qui regarde Simplicius , sache que l'on entend dire de lui beaucoup de bien , et cela par un grand nombre de personnes vertueuses. Ces témoignages me semblaient suspects de prime-abord , et donnés à la faveur ; mais , quand j'ai vu ses rivaux , et surtout les partisans de l'arianisme , réduits au silence et n'ayant rien à lui reprocher , quoiqu'il ne soit point encore engagé dans notre profession , j'ai fait réflexion qu'il faut regarder comme un personnage accompli celui dont le méchant ne peut parler , et sur lequel un homme de bien ne peut se taire.

Pourquoi vous dis-je cela mal à propos , comme si je vous donnais des conseils , moi qui vous en demande ? Tout sera donc réglé d'après votre volonté , votre ar-

cerdotibus , popularibus manifestabuntur. Neque enim ita desipimus in totum , ut evocandum te primum , si venire possibile est , deinde si quid secus , certe consulendum decerneremus , nisi in omnibus obsecuturi. Memor nostri esse dignare , domine Papa.

EPISTOLA IX.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ PERPETUO SALUTEM.

DESIDERIO spiritualium lectionum , quarum tibi tam per authenticos , quam per disputatores bibliotheca fidei catholicæ perfamiliaris est , etiam illa , quæ maxime tuarum scilicet aurium minime digna sunt occupare censuram , noscere cupis ; siquidem injungis ut orationem quam videor ad plebem Biturigis in ecclesia sermocinatus , tibi dirigam ; cui non rhetorica partitio , non oratoriæ minæ , non grammaticales figuræ congruentem decorum disciplinamque suppeditaverunt. Neque enim illic , ut exacte perorantibus mos est , aut pondera historica , aut poetica schemata scintillasve controversialium clausularum libuit aptari. Nam cum me partium seditiones , studia , varietates in diversa raptarent , sic

bitre , vos lettres; tout sera communiqué aux prêtres et au peuple. Et nous ne sommes point assez insensés pour réclamer d'abord ta présence dans le cas où tu pourrais venir , puis ensuite pour demander tes conseils dans le cas contraire , si nous ne voulions nous en rapporter à toi en toutes choses. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRÉ IX.

SJDONIUS AU SEIGNEUR PAPE PERPETUUS , SALUT.

DANS ton zèle pour les lectures spirituelles , quoique la bibliothèque de la foi catholique te soit très-familière et par les deux testamens , et par les commentateurs , tu vas jusqu'à vouloir connaître des écrits qui sont peu dignes d'occuper tes oreilles , ou d'exercer ton jugement. Tu me commandes en conséquence de t'envoyer le discours que j'ai adressé dans l'église au peuple de Bourges , discours auquel ni les divisions de la rhétorique , ni les mouvemens de l'art oratoire , ni les figures grammaticales n'ont prêté l'élégance et la régularité convenables ; car , dans cette occasion , je n'ai pu combiner , selon l'usage général des orateurs , soit les graves témoignages de l'histoire , soit les fictions des poètes , soit les étincelles de la controverse. Les séditions , les brigues , la diversité des partis m'entraînaient en tout sens , et si

dictandi mihi materiam suggerebat injuria , quod tempus occupatio subtrahebat . Etenim tanta erat turba competitorum , ut cathedræ unius numerosissimos candidatos nec duo recipere scampa potuissent . Omnes placebant sibi , omnes omnibus displicebant . Neque enim valuissemus aliquid in commune consulere , nisi judicii sui faciens plebs lenita jacturam , sacerdotali se potius judicio subdidisset , presbyterorum sane paucis angulatum fringultientibus , porro autem palam ne mussitantibus quidem , quia plerique non minus suum quam reliquos ordines pertimesceabant . Igitur , dum publice totos singuli carent , factum est ut omnes non aspernanter audirent , quod deinceps ambienter expererent . Itaque paginam sume subditis voluminibus adjunctam , quam duabus vigiliis unius noctis aestivæ , Christo teste , dictatam plurimum vereor , ne ipsi amplius lectioni , quæ hoc de se probat , quam mihi credas . Memor nostri esse dignare , domine Papa .

CONCIO.

REFERT historia secularis , dilectissimi , quemdam philosophorum discipulis advenientibus prius taciendi patientiam , quam loquendi monstrasse doctri-

l'occasion me fournissait une ample matière , les affaires ne me laissaient pas le temps de la méditer. Il y avait , en effet , une telle foule de compétiteurs , que deux bancs ne suffisaient pas pour contenir les nombreux candidats d'un seul siège ; tous se plaisaient à eux-mêmes , et tous déplaisaient également à tous. Nous n'eussions même rien pu faire pour le bien commun , si le peuple , plus calme , n'eût renoncé à son propre jugement pour se soumettre à celui des évêques. Quelques prêtres chuchotaient dans quelque coin , mais en public pas un ne souffrait ; car , la plupart redoutaient leur ordre non moins que les autres ordres. Ainsi , pendant que chacun se tenait en garde contre les compétiteurs , il arriva que tous écoutèrent sans dédain ce qu'ils devaient désirer ensuite avec avidité. Reçois donc cette feuille avec ma présente lettre ; je l'ai dictée , le Christ en est témoin , en deux veillées d'une nuit d'été ; mais je crains bien qu'en la lisant , tu n'en croies là-dessus encore plus que je ne te demande. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

DISCOURS.

L'HISTOIRE profane rapporte , mes très-chers frères , qu'un certain philosophe enseignait à ses disciples la patience de se taire , avant de leur montrer la science de

nam , et sic incipientes quosque inter disputantium
consectaneorum cathedras mutum sustinuisse quin-
quennium , ut etiam celeriora quorumpiam ingenia
non liceret ante laudari , quam deceret agnosc i. Ita
fiebat ut eosdem post longam taciturnitatem lo-
cutos , quisque audire cœperat , non taceret , quia ,
donec scientiam natura combiberit , non major est
gloria dixisse quod noveris , quam siluisse quod
nescias. At nunc mediocritatem meam manet longe
diversa conditio , cui per suspiriosas voragine s et
flagitiorum volutabra gradienti professionis hu-
jusce pondus impactum est. Et prius quam ulli
bonorum reddam discentis obsequium , cogor debere
cæteris docentis officium. Adjicitur huic impossibi-
litiati pondus pudoris , quod mihi peculiariter
paginæ decretalis oblatu , pontificis eligendi man-
dastis arbitrium , coram sacrosancto et pontificatu
maximo dignissimo papa , qui , cum sit suæ provin-
ciæ caput , sit etiam mihi institutione , facundia ,
privilegio , tempore , ætate præstantior ; ego deque
coramque metropolitano verba facturus , et provin-
cialis , et junior pariter , fero imperiti verecundiam ,
procacis invidiam. Sed quoniam vestro sic libitum
errori , ut ipse prudentia carens , prudentem vobis ,
in cujusque personam bona multa concurrant , sub
ope Christi episcopum exquiram , noveritis hujus-
modi assensu multum me honoris , plus oneris ex-
cipere. Primore loco grandem publicæ opinionis
sarcinam penditote , quod injunxitis incipienti
consummata judicia , atque ab hoc rectum consilii
tramitem postulatis , in quo recolitis adhuc nuper

parler , et qu'ainsi tous les commençans observaient pendant cinq ans un silence rigoureux , au milieu des discussions de leurs condisciples ; de sorte que les esprits les plus prompts ne pouvaient être loués avant qu'il se fût écoulé un temps convenable pour qu'on pût les connaître. Il arrivait alors que ces mêmes disciples venant à parler après un long silence , quiconque les entendait ne pouvait s'empêcher de les louer ; car , jusqu'à ce que la nature se soit pénétrée du savoir , il n'y a pas plus de gloire à dire ce que l'on sait qu'à taire ce que l'on ne sait pas. Quant à moi , ma faiblesse est réservée à une condition bien différente , puisque , au milieu de ces routes pénibles et tortueuses , de ces gouffres de vices où je marche , l'on m'a imposé le fardeau d'une profession si pesante , moi qui , même avant d'avoir rempli auprès de quelque homme de bien l'humble fonction de disciple , me vois forcé d'entreprendre avec les autres la tâche de docteur. A ma faiblesse vient s'ajouter encore une extrême confusion ; car , en m'offrant la page décrétale , vous me donnez à moi spécialement le soin de choisir un pontife , et cela , en présence d'un saint pape très-digne lui-même du pontificat le plus élevé ; d'un pape qui , étant le chef de sa province , l'emporte sur moi par son instruction , par son éloquence , par le privilége , par le temps et par l'âge ; prêt à parler sur le choix d'un métropolitain , et en face d'un autre métropolitain , moi , évêque provincial , et jeune encore , j'éprouve l'embarras d'un homme peu habile , et j'encourent le blâme d'orateur téméraire. Mais enfin , puisqu'il vous a plu , dans votre erreur , de vouloir que moi , dénué de sagesse , je cherchasse pour vous , avec l'aide du Christ , un évêque rempli de sagesse , et en la personne duquel se réunissent toutes sortes de vertus , sachez que votre accord en cette volonté , s'il me fait un

erratum. Igitur quia vobis id fuit cordi , obsecro ut quales nos fide creditis , tales intercessione faciatis , atque dignemini humilitatem nostram orationibus potius in cœlum ferre , quam plausibus. Primum tamen nosse vos par est , in quas me obloquiorum scyllas , et in quos linguarum , sed humanarum latratus quorumdam vos infamare conantur , turbo conjecerit. Est enim hæc quædam vis malis moribus , ut innocentiam multitudinis devenustent scelera paucorum , cum tamen e diverso bonorum raritas flagitia multorum nequeat excusare virtutibus communicatis.

Si quempiam nominavero monachorum , quamvis illum , Paulis , Antoniis , Hilarionibus , Macariis conferendum sectatæ anachoreseos prærogativa comitetur , aures illico meas incondito tumultu circumstrepitas ignobilium pumilionum murmur everberat conquerentium : Hic qui nominatur , inquiunt , non episcopi , sed potius abbatis complet officium , et intercedere magis pro animabus apud coelestem , quam pro corporibus apud terrenum judicem potest. Sed quis non exacerbescat , cum videat sordidari virtutum sinceritatem criminazione vitiorum ? Si eligimus humilem , vocatur abjectus ; si proferimus erectum , superbire censetur ; si minus institutum , propter imperitiam creditur irridendus ; si aliquatenus doctum , propter scientiam clamatur

grand honneur , m'impose aussi un plus grand fardeau . Examinez d'abord combien est redoutable l'opinion publique , vous qui me demandez à mon début un jugement consommé , et qui exigez que je marche dans les droits chemins de la prudence , quand vous n'ignorez pas que naguère encore on s'en est écarté à mon égard . Puisque tels ont été vos désirs , je vous conjure de me faire , par votre intercession , ce que vous croyez que je suis , et de daigner porter au ciel mon humilité , plutôt par vos prières que par vos applaudissements . Et d'abord , il faut que vous sachiez quels torrens d'injures m'attendent , puis à quels aboiemens de voix humaines se livrera contre vous aussi la foule des prétendants . Car , telle est la force des mauvaises mœurs , que les crimes du petit nombre flétrissent l'innocence de la multitude , tandis qu'au contraire la rareté des bons ne peut , avec ses vertus , couvrir les crimes de la foule .

Si je viens à nommer quelqu'un parmi les moines , pût-il être comparé même aux Paul , aux Antoine , aux Hilarion , aux Macaire , tout aussitôt je sens résonner autour de mes oreilles les murmures bruyans d'une tourbe d'ignobles pygmées qui se plaindront , disant : « Celui qu'on nomme là remplit les fonctions non d'un évêque , mais d'un abbé ; il est bien plus propre à intercéder pour les ames auprès du juge céleste , que pour les corps auprès des juges de la terre . » Qui ne serait profondément irrité , en voyant les plus sincères vertus représentées comme des vices ? Si nous choisissons un homme humble , on l'appellera abject ; si nous en proposons un d'un caractère fier , on le traitera d'orgueilleux ; si nous prenons un homme peu éclairé , son ignorance le fera passer pour ridicule ; si , au contraire , c'est un savant , sa science le fera dire bouffi d'orgueil ;

inflatus; si severum , tanquam crudelis horretur ; si indulgentem , facilitate culpatur ; si simplicem , despicitur ut brutus ; si acrem , vitatur ut callidus ; si diligentem , supersticiosus decernitur ; si remisum , negligens judicatur ; si solerter , cupidus ; si quietum , pronuntiatur ignavus ; si abstemium producimus , avarus accipitur ; si eum qui prandendo pascat , edacitatis impetitur ; si eum qui passando jejunet , vanitatis arguitur. Libertatem pro improbitate condemnant ; verecundiam pro rusticitate fastidiunt ; rigidos ab austерitate non habent caros ; blandi apud eos communione vilescent. Ac si apud eos utrolibet genere vivatur, semper hic tamen bonarum partium mores pungentibus linguis male-dicorum veluti bicipitibus hamis inuncabuntur. Inter hæc monasterialibus disciplinis ægre subditur , vel popularium cervicositas , vel licentia clericorum.

Si clericum dixero , sequentes æmulantur , derogant antecedentes. Nam ita ex iis pauci , quod reliquorum pace sit dictum , solam clericatus diuturnitatem pro meritis autumant calculandam , ut nos in antistite consecrando , non utilitatem velint eligere , sed ætatem , tanquam diu potius quam bene vivere debeat accipi ad summum sacerdotium adipiscendum , pro omnium gratiarum privilegio , decoramento , lenocinamento. Et ita quipiam in ministrando segnes , in obloquendo celeres , in tractatibus otiosi , in seditionibus occupati , in caritate infirmi , in factione robusti , in æmulationum conservatione

s'il est austère, on le haïra comme cruel ; s'il est indulgent, on l'accusera de trop de facilité ; s'il est simple, on le dédaignera comme bête ; s'il est plein de pénétration, on le rejettéra comme rusé ; s'il est exact, on le traitera de minutieux ; s'il est coulant, on l'appellera négligent ; s'il a l'esprit fin, on le déclarera ambitieux ; s'il a du calme, on le tiendra pour paresseux ; s'il est sobre, on le prendra pour avare ; s'il mange pour se nourrir, on l'accusera de gourmandise ; si le jeûne est sa nourriture, on le taxera de vanité. La franchise paraît une imprudence condamnable, la timidité passe pour une grossièreté repoussante ; on ne saurait aimer l'austérité d'une ame rigide, un homme affable est méprisé pour son abandon même. Ainsi, de quelque manière que l'on vive, toujours la bonne conduite et les bonnes qualités seront livrées aux langues acérées des médisans semblables à des hameçons à deux crochets. Et de plus, le peuple dans son obstination, les clercs dans leur indocilité, ne se soumettent que difficilement à la discipline monastique.

Si je désigne un clerc, ceux qui n'ont été promus qu'après lui, le jalouseront ; ceux qui l'ont été avant, le dénigreront ; car, parmi eux il y en a quelques-uns, ce qui soit dit sans offenser les autres, qui s'imaginent que la durée du temps de la cléricature est la seule mesure du mérite, et qui voudraient en conséquence que, dans l'élection d'un prélat, nous choisissions non pas suivant le bien commun, mais d'après l'âge ; comme si, pour arriver au souverain sacerdoce, vivre long-temps plutôt que vivre bien pouvait remplacer le privilége, l'ornement et le charme de toute espèce de mérite ! Alors, paresseux quand il faut administrer, prompts quand il ne s'agit que de censurer, oisifs dans les traités, affairés dans les sé-

stabiles, in sententiarum assertionē nutantes, nituntur regere Ecclesiam, quos jam regi necesse est per senectam. Sed nec diutius placet propter paucorum ambitus, multorum notare personas; hoc solum adstruo, quod, cum nullum proferam nuncupatim, ille confitetur repulsam, qui profitetur offensam. Sane id liberius dico, de multitudine circumstantium multos episcopales esse, sed totos episcopos esse non posse; et, cum singuli diversorum charismatum proprietate potiantur, sufficere omnes sibi, omnibus neminem.

Si militarem dixero forte personam, protinus in hæc verba consurgitur: Sidonius ad clericatum quia de seculari professione translatus est, ideo sibi assumere metropolitanum de religiosa congregatiōne dissimulat, natalibus turget, dignitatum fastigatur insignibus, contemnit pauperes Christi. Quapropter in præsentiarum solvam, quam non tam bonorum caritati, quam maledicorum suspicioni debeo fidem. Vivit Spiritus Sanctus, omnipotens Deus noster, qui Petri voce damnavit in Simone mago, cur opinarietur gratiam benedictionis pretio sese posse mercari, me in eo quem vobis opportunum censui, nec pecuniae favere, nec gratiae, sed statu satis superque trutinato personæ, temporis, provinciæ, civitatis, virum, cuius in consequentibus raptim vita replicabitur, competentissimum credidisse.

ditions , faibles dans la charité , forts dans les factions , ténaces pour nourrir les rivalités , irrésolus dès qu'il est besoin de donner leur avis , quelques hommes s'efforcent de régir l'Eglise , quand ils devraient être gouvernés eux-mêmes à cause de leur vieillesse. Mais je ne veux pas , au sujet de quelques ambitions , désigner un grand nombre de personnes ; j'affirme seulement que , si je ne désigne aucun nom spécial , celui-là se montre digne d'être repoussé qui se tient pour offensé. Oui , je le dis ouvertement , dans la foule de ceux qui m'entourent , plusieurs pourraient être évêques , mais enfin ils ne sauraient l'être tous ; comme chacun d'eux possède un don particulier , chacun d'eux également se suffit à lui-même ; nul ne peut suffire à l'universalité.

Si , par hasard , je vous indique un homme qui ait exercé des charges militaires , aussitôt j'entends s'élever ces paroles : « Sidonius , parce qu'il a passé des fonctions « du siècle à la cléricature , ne veut pas prendre pour « métropolitain un homme de la congrégation religieuse ; « fier de sa naissance , élevé au premier rang par les « insignes de ses dignités , il méprise les pauvres du « Christ. » C'est pourquoi je vais à l'instant même rendre le témoignage que je dois , non pas tant à la charité des gens de bien , qu'aux soupçons des méchants. Vive l'Esprit-Saint , notre Dieu tout-puissant , qui , par la voix de Pierre , condamna Simon , le magicien , pour avoir cru que la grâce de la bénédiction pût être achetée à prix d'argent ! Je déclare que , dans le choix de l'homme qui m'a semblé le plus digne , je n'ai été influencé ni par l'argent , ni par la faveur , et qu'après avoir examiné autant et plus même qu'il ne fallait ce qu'étaient sa personne , le temps , la province et cette ville , j'ai jugé que celui qu'il convient le mieux de vous donner est l'homme dont je vais rappeler la vie en peu de mots .

Benedictus Simplicius , hactenus vestri , jamque ab hinc nostri , modo per vos Deus annuat , habendus ordinis comes ; ita utrique parti vel auctu , vel professione respondet , ut et respublica in eo quod admiretur , et Ecclesia possit invenire quod diligit . Si natalibus servanda reverentia est , quia et hos non omittendos Evangelista monstravit , nam Lucas laudationem Joannis aggressus , praestantissimum computavit , quod sacerdotali de stirpe veniebat , et nobilitatem vitae prædicaturus , prius tamen extulit familiæ dignitatem , parentes ipsius aut cathedris , aut tribunalibus præsederunt . Illustris in utraque conversatione prosapia , aut episcopis floruit , aut præfectis ; ita semper hujusce majoribus , aut humanum , aut divinum dictare jus usui fuit . Si vero personam suam tractatu consiliose pensemus , invenimus illam tenere istic inter spectabiles principes locum . Sed dicitis viros Eucherium et Pannychium illustres haberi superiores , quod hactenus eos esto putatos , sed præsentem jam modo ad causam illi ex canone non requiruntur , qui ambo ad secundas nuptias transierunt . Si annos ipsius computemus , habet efficaciam de juventute , de senectute consilium . Si litteras vel ingenium conferamus , certat natura doctrinæ . Si humanitas requirenda est , civi , clero , peregrino , minimo maximoque etiam supra sufficientiam offertur , et suum saepius panem ille potius , qui non erat redditurus , agnovit . Si necessitas arripiendæ legationis incubuit , non ille semel pro hac civitate stetit ante pellitos reges , vel ante principes purpuratos . Si ambigitur quo ma-

Simplicius , bénî de Dieu , et qui jusqu'à ce jour a été de votre ordre, mais qui va désormais appartenir au nôtre, si par vous le ciel veut l'accorder , répond tellement aux vœux des deux ordres et dans sa conduite et dans sa profession , que la république pourra trouver en lui de quoi admirer , l'Eglise de quoi chérir. Si nous devons porter respect à la naissance (et l'Evangéliste nous a prouvé lui-même qu'il ne faut pas négliger cette considération ; car Luc , en commençant l'éloge de Jean , estimait très-avantageux qu'il descendît d'une race sacerdotale , et avant de célébrer la noblesse de sa vie , il exalta la dignité de sa famille) , les parens de Simplicius ont présidé dans les églises et dans les tribunaux ; sa race a été illustrée dans la milice séculière comme dans la milice ecclésiastique , par des évêques et des préfets ; ainsi , ses ancêtres furent toujours en possession de dicter des lois soit divines , soit humaines. Si nous en revenons à examiner de plus près sa personne , nous verrons qu'il occupe une place parmi ses plus notables concitoyens. Vous dites qu'Euchérius et Pannychius lui sont supérieurs de beaucoup ; je veux qu'en effet ils aient passé pour tels jusqu'ici , mais , dans la cause présente , ils ne sauraient être admis d'après les canons , puisqu'ils ont convolé tous deux à de secondes noces. Si nous regardons son âge , il a tout à la fois l'activité de la jeunesse et la prudence de la vieillesse. Si l'on met en comparaison sa littérature et son génie , un heureux naturel chez lui le dispute au savoir. Si l'on veut de la charité , il en a montré avec profusion au citoyen , au clerc , au pèlerin , aux petits comme aux grands ; et son pain a été plus souvent et plutôt goûté par celui qui ne devait pas le rendre. S'il a fallu se charger d'une mission , plus d'une fois Simplicius s'est présenté , pour votre ville , devant les rois couverts

gistro rudimentis fidei fuerit imbutus , ut proverbialiter loquar : Domi habuit unde disceret. Postremo iste est ille , carissimi , cui in tenebris ergastularibus constituto , multipliciter obserata barbarici carceris divinitus claustra patuerunt. Istum , ut audivimus , tam socero quam patre postpositis , ad sacerdotium duci oportere vociferabamini ; quo quidem tempore plurimum laudis domum retulit , quando honorari parentum maluit dignitate , quam propria. Pene transieram , quod præteriti non oportuerat ; sub Moyse quondam , sicut Psalmographus ait , in diebus antiquis , ut tabernaculi foederis forma consurgeret , totus Israel in eremo ante Beselehelis pedes , oblatitii symbolum coacervavit impendii. Salomon deinceps , ut templum ædificaret in Solymis , solidas populi vires in opere concussit ; quamvis Palæstinorum captivas opes , et circumjectorum regum tributarias functiones australis reginæ Sabaitis gaza cumulaverit. Hic vobis ecclesiam juvenis , miles , tenuis , solus , adhuc filius familias , et jam pater exstruxit. Nec illum a proposita devotione suspendit vel tenacitas senum , vel intuitus parvolorum , et tamen fuit morum factura quæ taceret. Vir est namque , ni fallor , totius popularitatis alienus ; gratiam non captat omnium , sed bonorum , non indiscreta familiaritate vilescens , sed examinata sodalitate pretiosus ; et bono viratu æmulis suis magis prodesse cupiens quam placere , severis patribus comparandus , qui juvenum filiorum non tam cogitant vota quam commoda. In adversis constans , in dubiis fidus , in prosperis modestus , in habitu simplex , in sermone

de fourrures , et devant les princes ornés de la pourpre. Si l'on me demande sous quel maître il a reçu les premiers principes de la foi , je répondrai par ces paroles proverbiales : Il a eu dans sa maison de quoi se former. Enfin , mes très-chers frères , c'est là le même homme qui , jeté dans les ténèbres des cachots , a vu s'ouvrir devant lui , par un prodige du ciel , les portes d'une prison barbare solidement fermées. C'est lui encore , comme nous l'avons appris , que vous appeliez au sacerdoce , de préférence à son beau-père et à son père. En cette circonstance , il s'en retourna couvert de gloire ; car il aimait mieux être honoré par la dignité de ses parens , que par la sienne propre. J'allais presque oublier de parler d'une chose qu'il ne faut cependant pas omettre. Jadis , dans ces temps antiques de Moïse , ainsi que le dit le Psalmiste , lorsqu'il fallut éllever le tabernacle d'alliance , tout Israel au désert entassa aux pieds de Beseleel le produit de ses offrandes. Dans la suite , Salomon , pour construire le temple de Jérusalem , mit en mouvement toutes les forces du peuple , quoiqu'il eût réuni les dons de la reine de la contrée méridionale de Saba , aux richesses de la Palestine et aux tributs des rois voisins. Simplicius , jeune , soldat , faible , seul , encore fils de famille et déjà père , vous a fait aussi construire une église ; il n'a été arrêté , dans son pieux dessein , ni par l'attachement des vieillards à leurs biens , ni par la considération de ses petits enfans ; et cependant , sa modestie a été telle qu'il a gardé le silence à ce sujet. Et c'est , en effet , si je ne me trompe , un homme étranger à toute ambition de popularité ; il ne recherche point la faveur de tous , mais celle des gens de bien ; il ne s'abaisse pas à une imprudente familiarité , mais il attache un grand prix à des amitiés solides , et , en homme sage , s'efforce

comis , in contubernio æqualis , in consilio præ-cellens. Amicitias probatas enixe expetit , constanter retinet , perenniter servat. Inimicitias indictas honeste exercet , tarde credit , celeriter deponit ; maxime ambiendus , quia minime ambitiosus non studet suscipere sacerdotium , sed mereri.

Dicet mihi aliquis : Unde tibi de illo tam cito tanta comperta sunt ? Cui respondeo : Prius Bituriges neveram , quam Biturigas. Multos in itinere , multos in commilitio , multos in contractu , multos in tractatu , multos in sua , multos in nostra peregrinatione cognoscimus. Plurima notitiæ dantur et ex opinione compendia , quia non tam parvos terminos posuit famæ natura quam patriæ. Quocirca si urbium status non tam murorum ambitu , quam ci-vium claritate taxandus est , non modo primum qui essetis , sed ubi essetis agnovi.

Uxor illi de Palladiorum stirpe descendit , qui aut litterarum , aut altarium cathedras cum sui ordinis laude tenuerunt. Sane quia persona matronæ verecundam et succinctam sui exigit mentionem , constanter adstruxerim respondere illam feminam , sa-cerdotiis utriusque familiae , vel ubi educta crevit ,

plutôt d'être utile à ses rivaux que de leur être agréable , pareil à ces parens sévères qui s'occupent moins des plaisirs que des intérêts de leurs enfans jeunes encore. Constant dans l'adversité , fidèle dans les occasions douteuses , modeste dans la prospérité , simple dans ses habits , affable dans son langage , sans hauteur dans le commerce ordinaire de la vie , excellent dans les conseils , il recherche avec ardeur les amitiés éprouvées , les retient constamment , les garde toujours. Quant aux inimitiés déclarées , il s'y conduit avec honnêteté , y croit assez tard , y renonce promptement , bien digne d'être désiré pour évêque , parce qu'éloigné de toute ambition , il ne travaille point à obtenir le sacerdoce , mais seulement à le mériter.

Quelqu'un me dira peut-être : Mais comment , en si peu de temps , en avez-vous tant appris sur cet homme ? Je lui répondrai : Je connaissais les habitans de Bourges avant de connaître la ville. J'en ai connu beaucoup en route , dans le service militaire , dans des rapports d'argent et d'affaires , dans leurs voyages , dans les miens. On apprend aussi beaucoup de choses par l'opinion publique , car la nature n'impose pas à la renommée les bornes étroites de la patrie. C'est pourquoi , s'il faut juger de l'état d'une ville , moins par la circonférence de ses murs que par la renommée de ses citoyens , j'ai dû savoir d'abord non-seulement qui vous êtes , mais encore où vous étiez.

La femme de Simplicius descend de la famille des Palladius , qui ont occupé les chaires des lettres et des autels , avec l'approbation de leur ordre ; et , comme le caractère d'une matrone ne veut être rappelé qu'avec modestie et succinctement , je me contenterai d'affirmer que cette femme répond dignement au mérite et aux honneurs des

vel ubi electa migravit. Filios ambo bene et prudenter instituunt, quibus comparatus pater inde felicior incipit esse, quia vincitur.

Et quia sententiam parvitatis meæ in hac electione valituram esse jurasti, siquidem non est validius dicere sacramenta quam scribere, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, Simplicius est quem provinciæ nostræ metropolitanum, civitati vestræ summum sacerdotem fieri debere pronuntio. Vos autem de viro de quo loquimur, si novam sententiam meam sequimini, secundum vestram veterem consonate.

EPISTOLA X.

SIDONIUS PAPÆ AUSPICIO SALUTEM.

Si ratio temporum regionumque pateretur, non per sola officia verborum amicitias semel initas excolare curarem. Sed quoniam fraternæ quietis voto satis obstrepit conflictantium procella regnum, saltim inter discretos separatosque litterarii consuetudo sermonis jure retinebitur, quæ jam pridem,

deux familles , soit de celle où elle est née et a grandi , soit de celle où elle a passé par un choix honorable. Tous deux élèvent leurs fils dignement et en toute sagesse ; et le père , en les comparant à lui , trouve un nouveau sujet de bonheur en ce que déjà ses enfans le surpassent.

Et , puisque vous avez juré de reconnaître et d'accepter la déclaration de mon infirmité au sujet de cette élection , au nom du Père , du Fils et du Saint-Esprit , Simplicius est celui que je déclare devoir être fait métropolitain de notre province et souverain pontife de notre ville. Quant à vous , si vous adoptez ma dernière décision au sujet de l'homme dont je viens de parler , approuvez-la conformément à vos premiers engagemens.

LETTRE X.

SIDONIUS AU PAPE AUSPICIUS , SALUT.

Si les temps , si la distance des lieux me le permettaient , ce ne serait point seulement par un doux commerce de paroles que je chercherais à cultiver des amitiés une fois nouées. Mais , puisque l'agitation des royaumes qui s'entrechoquent s'oppose à ce vœu de fraternelle tranquillité , du moins , si nous sommes éloignés et séparés , nous pourrons à bon droit entretenir un échange de lettres ,

caritatis obtentu, merito inducta veteribus annuit exemplis. Superest ut sollicito veneratori culpam raræ excursionis indulgeas, quæ quo minus assidue conspectus tui sacrosancta contemplatione potiatur, nunc periculum de vicinis timet, nunc invidiam de patronis. Sed de iis ista hæc etiam multa sunt.

Interim Petrum tribunitium virum, portitorem nostri sermonis insinuo, qui id ipsum sedulo exponscit, quique quid negotii ferat præsentaneo compendiosius potest intimare memoratu; cui, precor, quod in vobis est opis, intuitu paginæ præsentis accedat, manente respectu nihilominus æquitatis, contra quam nec magis familiarium causas commendare consuevi. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

EPISTOLA XI.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ GRÆCO SALUTEM.

INVIDEO felicitati consuetudinarii portitoris, a quo contingit sæpius vos videri. Sed quid de Aman-
tio loquar, cum ipsas quoque litteras meas æmuler,
quæ sacrosanctis reserabuntur digitis, inspicientur
obtutibus? Et ego istic inter semiustas muri fragilis

suivant une sage coutume introduite par l'amitié , et dont les temps anciens nous offrent des exemples. Il faut que tu pardones à celui qui te vénère , s'il ne te rend que de rares visites ; ce qui l'empêche de jouir plus souvent de ta sainte présence , c'est qu'il aurait trop à craindre de ses voisins , ou qu'il blesserait ses patrons. Mais en voilà déjà bien assez sur ce sujet.

Maintenant , je vous adresse le tribun Pétrus , porteur de ma lettre , et qui m'a demandé avec instance une recommandation auprès de vous ; lui-même vous expliquera plus succinctement l'affaire dont il est chargé ; je vous prie de lui prêter , en considération de ma lettre , tout l'appui qui dépendra de vous , sauf néanmoins les égards dus à la justice ; car autrement , je n'ai pas coutume de recommander les causes mêmes des amis. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRE XI.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE GRÆCUS , SALUT.

J'ENVIE la félicité du porteur ordinaire de mes lettres , qui a l'avantage de vous voir souvent. Mais que parlé-je d'Amantius? Je porte même envie à mes lettres , elles qui seront ouvertes par vos doigts sacrés , lues par vos yeux. Pour moi , renfermé dans l'étroite enceinte de murs à

clausus angustias , belli terrore contigi desiderio de vobis meo nequaquam satisfacere permittor. Atque utinam hæc esset Arvernæ forma vel causa regionis ut minus excusabiles excusaremur ! Sed , quod est durius , per injustitiæ nostræ merita conficitur ut excusatio nobis justa non desit. Quocirca , salutatione præfata , sicut mos poscit officii , magnopere deposco ut interim remittatis excursionis debitum vel verba solventi. Nam si commeandi libertas pace revocetur , illud magis verebor ne assiduitas præsentiaæ meæ sit potius futura fastidio. Memor nostri esse dignare , domine Papa.

EPISTOLA XII.

SIDONIUS FERREOLO SUO SALUTEM.

Si amicitiaæ nostræ potius affinitatisque quam personæ tuæ tempus , ordinem , statum cogitaremus , jure vobis in hoc opere , quatulumcumque est , primæ titulorum rubricæ , prima sermonum officia dedicarentur. Isset per avitas tibi stylus noster curules ; patricias nihilominus infulas enumeraturus non tacuisset triplices præfecturas , et Syagrio tuo pro toties mutatis præconibus præconia non ne-

demi-brûlés et tombant en ruines, effrayé par une guerre limitrophe, je ne puis satisfaire le désir que j'ai de vous voir. Et plutôt à Dieu que l'état ou la situation du pays Arverne fût de nature à nous rendre moins excusables ! Mais, ce qu'il y a de plus dur, c'est qu'en punition de nos fautes nous avons une trop juste excuse. Ainsi, après vous avoir adressé mes salutations, comme le demandent la coutume et le devoir, je vous supplie avec instance de me dispenser à présent de toute visite, puisque du moins je satisfais à ma dette, en vous écrivant. Car, si la paix nous rend la liberté de voyager, je crains bien que ma trop grande assiduité ne vous devienne alors importune. Daigne te souvenir de nous, seigneur Pape.

LETTRE XII.

SIDONIUS A SON CHER FERREOLUS, SALUT.

Si j'eusse considéré ton rang, ton état, plutôt que l'amitié et les rapports qui nous unissent depuis long-temps, j'aurais dû, dans cette lettre, quelque médiocre qu'elle soit d'ailleurs, m'arrêter d'abord à tes titres, et t'écrire le premier. J'aurais compté les chaises curules de tes aïeux, les bandelettes patriciennes ; je n'aurais point passé sous silence les trois années de préfecture de ton Syagrius ; je ne lui aurais pas refusé les éloges

gasset. Patrem inde patruosque minime silendos percurrisset; et quamlibet posset triumphalibus adoreis familiae tue defatigari, non tamen eatenus explicandis antiquorum stemmatibus exinaniretur, ut ob hoc ad narrandam gloriam tuam fieret obtusior; qui, si etiam in scribendis majorum tuorum virtutibus fuisset hebetatus, tuis denuo meritis acuminaretur. Sed salutationem tibi debitam destinaturus, non quid fuisses, sed quid potius nunc esses consideravit.

Prætermisit Gallias tibi administratas, tunc cum maxime incolumes erant. Prætermisit Attlam Rheni hostem, Thorismodum Rhodani hospitem, Aetium Ligeris liberatorem sola te dispositiōnum salubritate tolerasse, propterque prudentiam tantam providentiamque, currum tuum provinciales cum plausum maximo accentu spontaneis subisse cervicibus, quia sic habenas Galliarum moderarere, ut possessor exhaustus tributario jugo relevaretur. Prætermisit regem Gothiæ ferocissimum, inflexum affatu tuo melleo, gravi, arguto, inusitato, et ab Arelatensium portis quem Aetius non potuisset prælio, te prandio removisse. Hæc omnia prætermisit, sperans congruentius tuum salve pontificum quam senatorum jam nominibus adjungi; censuitque justius fieri, si inter perfectos Christi, quam si inter præfectos Valentiniani constituerere. Neque te sacerdotibus potius admixtum vitio vertat malignus interpres, nam grandis ordinum ignorantia tenet

qu'il mérite pour avoir tant de fois changé de hérauts. J'aurais ensuite rappelé ton père et tes oncles si dignes de mémoire : sans doute , j'aurais eu de la peine à suivre les descendans de ta maison dans le cours de leurs victoires et de leurs triomphes ; mais je n'aurais pas tellement perdu haleine à dérouler tous les titres de tes ancêtres, qu'il me fût impossible de raconter ensuite ta gloire ; et si ma voix se fût affaiblie en redisant leurs vertus , elle eût retrouvé des forces pour célébrer ton mérite. Je veux simplement te saluer , et , faisant abstraction de ce que tu fus , je considère ce que tu es aujourd'hui.

Je n'ai pas dit que tu as gouverné les Gaules , quand elles étaient le plus florissantes ; je n'ai pas dit que , par la seule efficacité de tes mesures , tu as repoussé Attila l'ennemi du Rhin , Thorismod l'hôte du Rhône , et soutenu Aétius , le libérateur de la Loire. Ta sagesse , ta prévoyance firent alors accourir les peuples de la province autour de ton char , et les engagèrent à le traîner eux-mêmes au bruit des applaudissements universels ; car tu avais gouverné les Gaules de telle manière , que le cultivateur , accablé sous le poids des tributs , pût enfin relever la tête. Je n'ai pas dit que le terrible roi de Gothie fut subjugué par tes paroles pleines de grâce , de gravité , de finesse et de charme exquis ; tu l'éloignas ainsi des portes d'Arles , et tu fis avec un dîner ce que n'aurait pu faire Aétius avec une bataille. Je n'ai rien dit de tout cela , persuadé qu'il est plus convenable de joindre ton nom à ceux des pontifes qu'à ceux des sénateurs , plus juste de te placer parmi les parfaits du Christ , que parmi les préfets de Valentinien. Et qu'un malin critique n'aille pas me blâmer de ce que je te mêle de préférence aux pontifes. Il est des personnes d'un haut rang , qui , dans

hinc aliquid derogatuos , quia , sicuti cum epulum festivitas publica facit , prior est in prima mensa conviva postremus ei qui primus fuerit in secunda , sic absque conflictatione præstantior secundum bonorum sententiam computatur honorato maxime minus religiosus. Vale. Ora pro nobis.

EPISTOLA XIII.

SIDONIUS SULPICIO SUO SALUTEM.

HIMERIUS antistes filius tuus , nōtus mihi hactenus , parum vultu , satis opinione , quæ quidem in bonam partem porrigebatur , Lugdunum nuper a Tricassibus venit , quo loci mihi raptim ac breviter inspectus , sanctum episcopum Lupum facile principem pontificum gallicanorum , suæ tam professionis magistrum quam dignitatis auctorem , morum nobis imitatione restituit. Deus bone ! quæ viro censura cum venustate , si quid deliberet forte , vel suadeat ! Abundat animi sale , cum consulitur ; melle , cum consultit. Summa homini cura de litteris , sed maxime religiosis , in quibus eum magis occupat medulla sensuum quam spuma verborum. Tota illi actionum suarum intentio , celeritas , mora ,

leur ignorance, croiraient se rabaisser en l'imitant; mais comme, en un festin public, le dernier convive de la première table est avant le premier de la seconde, de même aussi le moindre des prêtres du Seigneur est sans contredit, suivant les gens de bien, au-dessus de l'homme honoré des premières dignités temporelles. Adieu. Prie pour nous.

LETTRE XIII.

SIDONIUS A SON CHER SULPICIUS, SALUT.

TON fils, Himerius l'abbé, que je connaissais encore peu de vue, mais beaucoup de réputation, car sa bonne renommée s'étend au loin, est arrivé naguères de Troyes à Lyon; dans le court espace de temps que nous l'avons eu, il m'a rappelé par la sagesse de ses mœurs le saint évêque Lupus, le premier sans contredit des pontifes gallicans, le maître de sa profession, comme l'auteur de sa dignité. Dieu bon ! quelle noble grâce cet homme n'apporte-t-il pas à ses délibérations ou à ses conseils ! Il se montre plein de sagesse quand on lui demande son avis, plein de douceur quand il consulte lui-même. Il s'applique avec beaucoup de soin aux lettres, mais surtout aux lettres religieuses, et recherche plutôt alors la substance des choses, que l'écorce des mots. Le but de ses actions, la promptitude ou la lenteur qu'il y met n'ont en

Christus est. Quodque mirere , vel laudes , nihil otiosum facit , cum nihil faciat non quietum. Jejuniis delectatur , edulibus adquiescit ; illis adhaeret propter consuetudinem crucis , istis flectitur propter gratiam caritatis : summo utrumque moderamine , quia comprimit , quoties prandere statuit , gulam ; quoties abstinere , jactantiam. Officia multiplicat propria , vitat aliena ; cumque ipsi vicissim deceat occurri , gratius habet si sibi mutuus honor debeatur image quam rependatur. In convivio , itinere , consessu , inferioribus cedit ; quo fit ut se illi voluptuosius turba postponat superiorum. Sermonem maximo temperamento cum colloquente dispensat , in quo non patitur ullam aut verecundiam externus , aut familiaris injuriam , aut credulus invidiam , aut curiosus repulsam , aut suspiciosus nequitiam , aut peritus calumniam , aut imperitus infamiam. Simplicitatem columbae in ecclesia servat , in foro serpentis astutiam ; bonis prudens , malis cautus , neutrīs callidus judicatur. Quid plura ? Totum te nobis ille jam reddidit ; totam tuam temperantiam , religionem , libertatem , verecundiam , et illam delicate mentis pudicissimam teneritudinem jocunda similitudine exscripsit. Quapropter , quantum volueris deinceps frui secreto , indulgere secessui , licet indulgeas ; quandoquidem nos in fratre meo Himerio , avum nomine , patrem facie , utrumque prudentia jam tenemus. Vale.

vue que le Christ; et, ce qui pourrait vous sembler admirable ou digne d'éloges , c'est qu'il ne fait rien d'oiseux , malgré le calme qu'il apporte dans ses démarches. Il aime les jeûnes, il se prête aux repas; il s'attache aux premiers, parce que la croix le demande ; il se plie aux seconds , parce que la charité le conseille. Dans l'un et l'autre cas , il se conduit avec un sage tempérament ; toutes les fois qu'il veut dîner , il mortifie l'appétit; toutes les fois qu'il veut jeûner , il réprime l'orgueil. Il multiplie ses bons offices , évitant ceux d'autrui le plus qu'il est possible ; lorsqu'on aurait à le prévenir , il aime bien mieux qu'on lui soit redevable de quelques égards , que si l'on s'accusait. Dans les festins , dans les routes , dans les assemblées , il cède le pas à ses inférieurs , ce qui fait que la foule de ses supérieurs met une sorte de plaisir à se placer au-dessous de lui. Il assasonne la conversation d'une sagesse admirable ; point de honte pour un étranger , point d'outrage pour un ami , point de raillerie pour un homme crédule , point de refus pour un curieux , point de malice pour un homme soupçonneux , point de calomnie pour un homme habile , point d'opprobre pour un homme ignorant. Il conserve dans l'église la simplicité de la colombe , dans le public la ruse du serpent; il semble prudent aux gens de bien , avisé aux méchants ; ni les uns ni les autres ne le croient artificieux. Qu'ajouter encore ? il t'a rendu tout entier à nous ; ta tempérance , ta religion , ta franchise , ta modestie et cette pudique tendresse d'une ame délicate , il nous a retracé tout cela avec une heureuse ressemblance. Ainsi , tu peux désormais jouir à ton aise d'une vie tranquille et retirée , puisque mon frère Himerius nous rappelle son aïeul par le nom , son père par le visage , l'un et l'autre par la sagesse. Adieu.

EPISTOLA XIV.

SIDONIUS PHILAGRIO SUO SALUTEM.

PROXIME inter summates viros , erat et frequens ordo , vestri mentio fuit. Omnes de te boni in commune senserunt omnia bona , cum tamen singuli quique varia virtutum genera dixissent. Sane cum sibi quipiam de præsentia tua , quasi te magis nossent , præter æquum gloriarentur , incandui ; quippe cum dici non æquanimiter admitterem vi- rum omnium litterarum vicinantibus rusticis quam institutis fieri remotioribus notiorem , processit in ulteriora contentio ; et cum aliqui super hoc errore pervicaciter controversarentur , idiotarum siquidem est , sicut facile convinci , ita difficile compesci , constanter asserui si eloquentibus amicis nunquam agnitio contemplativa proveniat , esse asperum , ut- cumque tolerabile tamen ; quia prævaleant ingenia sua , coram quibus imperitia civica peregrinatur , ad remotarum desideria provinciarum , stylo admini- culante , porrigere ; per quem sæpenumero absentum duntaxat institutorum tantus colligitur affectus , quantus nec præsentanea sedulitate conficitur. Igi-

LETTRE XIV.

SIDONIUS A SON CHER PHLAGRIUS , SALUT.

DERNIÈREMENT , au milieu de personnages distingués , réunis en grand nombre , la conversation tomba sur vous . Les gens de bien s'accordaient à dire de toi les choses les plus flatteuses ; chacun néanmoins distinguait différentes espèces de vertus . Mais comme quelques-uns , se prévalant mal à propos de l'avantage de demeurer avec toi , croyaient devoir te mieux apprécier , je m'échauffai . Il ne me fut pas possible , en effet , de garder mon sang-froid , lorsqu'on vint à dire qu'un homme célèbre dans les lettres jouit d'une plus grande renommée parmi les gens grossiers de son voisinage , que parmi les gens instruits , mais plus éloignés ; la dispute s'anima ; et comme certaines personnes soutenaient cette erreur avec obstination , car c'est le propre des sots de se laisser convaincre sans peine , comme de céder difficilement , je ne cessai d'affirmer que si des amis éloquens ne se voient jamais en face , c'est une chose fâcheuse sans doute , mais supportable , après tout ; car ces hommes , devant lesquels sont comme étrangers leurs ignorans concitoyens , peuvent aisément , par leur génie et avec le secours de leurs écrits , pénétrer jusqu'aux plus lointaines provinces désireuses de les connaître ; les ouvrages d'ailleurs pro-

DIEU ne permettra-t-il pas un jour , illustre seigneur , que cette terre d'Octave , qui est moins à toi qu'à tes amis , nous revoie tous deux ensemble ? Placée dans le voisinage d'une ville , d'un fleuve , d'une mer , elle fournit des vivres à tes hôtes , et te fournit des hôtes à toi-même ; de plus , elle offre par sa position un coup d'œil agréable : d'abord , la maison présente des murs très-hauts , disposés avec art et suivant toutes les règles de la symétrie architecturale ; ensuite , elle est embellie d'une chapelle , de portiques majestueux et de thermes ; puis enfin des champs , des eaux , des vignes , des oliviers , des avenues , une esplanade , une colline en font un délicieux séjour. A la richesse , à l'élégance et à la commodité des meubles tu as ajouté le trésor d'une vaste bibliothèque ; pendant que tu t'occupes ainsi de lettres et d'agriculture , on ne saurait dire lequel est le mieux cultivé , de ta campagne ou de ton esprit.

C'est là , si j'ai bonne mémoire , que tu as composé ces iambes rapides , ces élégiaques ingénieux , ces hén-décasyllabes bien tournés , et d'autres poésies où respire

lentia , nunc Narbonensibus cantitanda , nunc Bi-
terrensibus , ambigendum celerius an pulchrius
elucubrasti , apud æquævos gratiam tuam , famam
apud posteros ampliaturus. Certe quotiens mihi tui
versus a meditationis incude tanquam adhuc calidi
deferebantur , sic videbatur , qui , etsi non bene
scribo , bene judico. Sed , quod fatendum est , ta-
libus studiis anterior ætas juste vacabat , seu , quod
est verius , occupabatur ; modo tempus est seria
legi , seria scribi , deque perpetua vita potius quam
memoria cogitari , nimiumque meminisse nostra
post mortem non opuscula , sed opera pensanda.
Quæ quidem ad præsens non ita loquor , quasi tu
non utraque laudanda conficias ; aut , si adhuc durat
in sermone lætitia , non custodiatur in actione cen-
sura , sed ut qui , Christo favente , clam sanctus es ,
jam palam religiosa venerandus jugo salubri colla
pariter et corda subdare , invigiletque cœlestibus
lingua præconiis , anima sententiis , dextera donariis ,
præcipue tamen dextra donariis , quia quidquid ec-
clesiis spargis , tibi colligis ; ad cuius exercitia vir-
tutis illud vel principaliter te poterit accendere ,
quod inter opes quaslibet positi , quæ bona stultis
falso vocantur , si quid agimus , nostrum , si quid
habemus , alienum est. Vale.

le parfum des fleurs , des muses et du thym , poésies chantées tantôt par les habitans de Narbonne ; tantôt par ceux de Béziers ; ces poèmes qui ne sont pas moins remarquables sous le rapport de la facilité que sous celui des grâces , te rendent cher aux contemporains , comme ils te rendront célèbre chez nos neveux . Du moins , toutes les fois que l'on m'apportait de ces vers encore chauds , pour ainsi dire , et frais échappés de l'enclume de la méditation , la chose me paraissait ainsi , à moi qui , sans bien écrire , juge bien cependant . Il faut l'avouer , à une autre époque de telles études faisaient légitimement l'objet de nos loisirs , ou , ce qui est plus vrai , de nos occupations ; mais aujourd'hui , c'est le temps de lire , de composer des écrits sérieux ; de songer plutôt à la vie éternelle qu'à une renommée durable , et de nous souvenir qu'après la mort ce ne seront point nos ouvrages , mais nos œuvres que l'on pèsera ; et ceci , je ne le dis pas comme si tu ne faisais pas l'une et l'autre chose d'une manière louable ; comme si , en laissant encore de la gaîté dans tes discours , tu ne gardais pas de la gravité dans tes actions ; mais je parle de la sorte , afin que toi qui , grâce au Christ , mènes déjà dans le secret une vie sainte , tu te hâtes en public de soumettre à un joug salutaire une tête religieuse et un cœur pieux ; afin que ta langue ne célèbre plus que les saintes louanges , que ton ame se nourrisse de pensées divines , que ta droite répande des dons , et ceci importe le plus , car tout ce que tu donnes aux églises , tu le recueilles pour toi-même . Ce qui pourra principalement t'exciter à la pratique de cette vertu , c'est la pensée qu'au sein des plus vastes richesses , faussement qualifiées du nom de biens par les insensés , tout ce que nous faisons est à nous , tout ce que nous possédons est à autrui . Adieu .

EPISTOLA V.

SIDONIUS FORTUNALI SUO SALUTEM.

Ibis et tu in paginas nostras, amicitiae columen,
Fortunalis, Ibericarum decus illustre regionum;
neque enim tibi familiaritas tam parva cum litteris,
ut per has ipsas de te aliquid post te superesse non
deceat. Vivet illicet, vivet in posterum nominis tui
gloria. Nam si qua nostris qualitercumque gratia,
reverentia, fides chartulis inest, sciat ætas volo
posthuma nihil tua fide firmius, forma pulchrius,
sententia justius, patientia tolerantius, consilio
gravius, convivio lætius, colloquio jocundius. Illud
quoque supra cætera agnoscat, præconia laudibus
tuis ex votorum contrarietate venisse. Nam prope
est ut eminentius censeatur quod probaverunt te
adversa constantem, quam si celarent secunda fel
licem. Vale,

LETTRE V.

SIDONIUS A SON CHER FORTUNALIS , SALUT.

Tu figureras aussi dans mes pages , toi , soutien de l'amitié , cher Fortunalis , ornement des régions ibériennes ; tu as d'assez intimes rapports avec les lettres , pour qu'elles doivent te faire vivre après ta mort. Elle vivra , oui , elle vivra dans les siècles futurs , la gloire de ton nom. Si mes écrits ont droit à quelque faveur , à quelque respect , à quelque confiance , les âges à venir sauront , je le veux , qu'il n'y eut rien de plus inébranlable que ton honneur , de plus beau que ton visage , de plus juste que tes pensées , de plus tolérant que ta patience , de plus grave que tes conseils , de plus joyeux que tes festins , de plus enjoué que tes discours ; ce qu'elle saura avant tout , c'est que tes vertus ont été louées contre ton gré. Et l'on remarquera comme quelque chose de plus extraordinaire , que le malheur t'ait trouvé plein de constance , que si le bonheur t'avait retenu dans l'obscurité. Adieu.

EPISTOLA VI.

SIDONIUS NAMMATIO SUO SALUTEM.

C. CÆSAREM dictatorem, quo ferunt nullum rem militarem ducalius administrasse, studia dictandi, lectitandique sibi mutuo vindicavere. Et licet in persona unius ejusdemque tempore suo principis viri, castrensis oratoriaeque scientiae cura certaverit ferme gloria æquipari, idem tamen nunquam se satis duxit in utriusque artis arce compositum, priusquam vestri Arpinatis testimonio cæteris mortalibus anteferretur. Quod mihi quoque, si parva magnis componere licet, secundum modulum meum, quanquam dissimillimo, similiter accessit. Quæ super cunctos te quamprimum decuit agnoscere, quia tibi est tam gloria mea quam verecundia plurimum curæ. Flavius Nicetius, vir ortu clarissimus, privilegio spectabilis, merito illustris, et hominum patriæ nostræ prudentia peritiaque juxta maximus, præconio, quantum comperi, immenso præsentis opusculi volumina extollit, insuper prædicans quod plurimos juvenum, nec senum paucos, vario genere dictandi militandique, quippe adhuc ævo viridis,

LETTRE VI.

SIDONIUS A SON CHER NAMMATIUS , SALUT.

C. CÉSAR , dictateur , que l'on regarde comme le plus habile général qui ait existé , employait son temps à dicter et à lire ; et quoique en ce seul et même personnage , le premier de son époque , le savoir militaire et l'habileté oratoire aient lutté avec un éclat presque égal , cependant il ne se crut jamais assez fort dans l'une et l'autre science , avant que , par le témoignage de votre Arpinate , il ne fût préféré à tous les autres hommes . Si l'on peut comparer les petites choses aux grandes , c'est ce qui m'est arrivé à moi-même , suivant mon exigüe proportion , quoique je sois loin de ressembler à César . Tu as dû , plus que personne , reconnaître ce que je te dis là , car tu as fort à cœur et ma gloire et ma modestie . Flavius Nicétius , personnage d'une naissance distinguée , d'un rang élevé , d'un haut mérite , et l'homme de notre patrie le plus remarquable par sa prudence et son habileté , donne , ainsi que je l'apprends , les éloges les plus pompeux à mon recueil ; il ajoute que par mes divers succès dans les lettres et dans les combats , j'ai surpassé , encore à la fleur de l'âge , un grand nombre de jeunes gens et plus d'un vieillard . A la vérité , autant que cela peut se faire sans jactance , je suis flatté de l'au-

ipse sim supergressus. Evidem, in quantum fieri præter jactantiam potest, gaudeo de præstantissimi viri auctoritate, si certus est; amore, si fallitur; licet quis provocatus nunc ad facta majorum, non inertissimus, quis quoque ad verba, non infantissimus erit? Namque virtutes artium istarum seculis potius priscis seculorum rector ingenuit, quæ per ætatem mundi jam senescentis, lassatis veluti seminibus emedullatæ, parum aliquid hoc tempore in quibuscumque, atque id in paucis mirandum ac memorabile ostentant. Hujus tamen ego, etsi studiorum omnium caput est litterarumque, qui personam semper excolui, vereor sententiam supra quam veritas habet affectu ponderatiore prolatam. Neque ob hoc inficias ierim, me sæpe luculentis ejus actionibus adstitisse, quarum me, etsi mutuum reddere videor, vel ex parte cursimque fieri memorem fas est. Audivi eum adolescens, atque adhuc nuper ex puero, cum pater meus præfectus prætorio Gallicanis tribunalibus præsideret, sub cuius videlicet magistratu consul Asterius anni sui fores votivum trabeatus aperuerat. Adhærebam sellæ curuli, etsi non latens per ordinem, certe non sedens per ætatem, mixtusque turmæ censualium penulatorum proximæ consuli proximis eram. Itaque, ut primum brevi peracta, nec brevis sportula datique fasti, acclamatum est ab omni Galliæ coetu, primoribus advocatorum, ut festivitate præventas horas antelucanas, quæ diem serum cum silentio præstolarentur, congrua meritorum fascium laude honestarent. Nicetum protinus circumspexere cons-

torité de cet habile personnage , s'il a raison ; de son amour , s'il se trompe. Au reste , quel homme aujourd'hui , mis en présence des actions de nos ancêtres , ne semblera pas un homme oisif; en présence de leurs paroles , ne semblera pas un enfant ? La force pour réussir dans les lettres , c'est aux siècles anciens que le maître des siècles l'a départie ; avec les années d'un monde vieillissant , épuisée et tarie, en quelque sorte , elle ne se montre un peu de nos jours qu'en certaines personnes ; et , si elle se déploie d'une manière étonnante et admirable , ce n'est qu'en un petit nombre de gens. Toutefois , comme il est le chef de toute étude , de toute littérature , moi qui toujours ai respecté sa personne , je respecte aussi son sentiment , quoiqu'il soit plutôt dicté par l'affection , qu'il n'est conforme à la vérité. Je ne craindrai pas pour cela d'avouer que j'ai assisté plus d'une fois à ses brillans plaidoyers ; au risque de sembler lui rendre la pareille , il m'est bien permis de les rappeler , en partie du moins et à la hâte. Je l'ai entendu dans ma jeunesse , à peine au sortir de l'enfance , lorsque mon père , préfet du prétoire , présidait aux tribunaux des Gaules , et que , sous sa magistrature , revêtu de la trabée , le consul Astérius ouvrait l'année avec les solennités ordinaires. J'étais auprès de la chaise curule ; et , sans être caché , à cause de mon rang , du moins je n'étais pas assis , à cause de mon âge ; mêlé à la foule des officiers publics revêtus du manteau , j'étais voisin de ceux qui se trouvaient le plus rapprochés du consul. Dès qu'on eut distribué une riche sportule , qu'on eut livré les fastes , il fut demandé aux principaux avocats , par toute l'assemblée des Gaules , qu'ils voulussent bien , en ces heures matinales qui avaient été devancées à raison de la solennité , et qui , silencieuses , attendaient le jour

pecti , qui non sensim singulatimque , sed tumultuatim petitus et cunctim cum quodam prologo pudoris vultum modeste demissus irrubuit. Atque ob hoc illi maximum sophos non eloquentia prius quam verecundia dedit. Dixit disposite , graviter , ardenter , magna acrimonia , majore facundia , maxima disciplina , et illam Sarranis ebriam succis inter crepitantia segmenta palmata plus picta oratione , plus aurea convenustavit. Per ipsum fere tempus , ut decemviraliter loquar , lex de præscriptione tricennii fuerat proquiritata , cuius peremptoriis abolita rubricis lis omnis in sextum tracta quinquennium terminabatur. Hanc intra Gallias ante nescitam primus , quem loquimur , orator indidit prosecutionibus , edidit tribunalibus , prodidit partibus , addidit titulis , frequente conventu , raro sedente , paucis sententiis , multis laudibus. Præter ista per alias vices doctrinam illius , quo more citius homo discitur , inobservatus inspexi tunc , cum quæ regit provincias fascibus , Nicetiano regeretur præfectura consilio. Quid multa ? Nil quod non meum vellem , nil quod non admirarer audivi. Propter quæ omnia bona in viro sita , lætor ad puncta censoris omnium voce concelebrati. Granditer enim sua in utramvis de me opinionem sententia valet ; quæ , si vera compemus , tantum mihi est favens securitati , quantum fieret adversa formidini. De cætero fixum apud me stat constitutumque , prout rem ex asse cognovero , vel silentio me lora laxare vel stringere frena garritui. Namque , si supradicti confirmor assensu , Athenis loquacior ; si minus , Amyclis

si tardif pour l'impatience générale , honorer d'un éloge convenable les faisceaux du nouveau consul. Les plus notables cherchèrent aussitôt de leurs regards Nicétius qui , réclamé non pas peu à peu et par quelques voix , mais soudainement et par tout le monde , se prenant à rougir , baissa modestement la tête. Cela fut cause qu'il dut le grand succès de son discours , non point à l'éloquence d'abord , mais à sa modestie. Il parla avec ordre , avec gravité , avec chaleur , avec beaucoup de force , avec beaucoup d'éloquence , avec beaucoup d'art , et sa palmée enrichie de pourpre , reluisante d'or , il sut en rehausser l'éclat par un discours fleuri et brillant. A peu près à la même époque , fut promulguée , pour parler en décemvir , la loi qui porte prescription au bout de trente ans , et dont les décisions péremptoires annulaient tout procès qui n'était pas terminé à la fin de six lustres. Cette loi , jusqu'alors inconnue dans les Gaules , notre orateur la fit admettre par ses instances , la publia dans les tribunaux , la fit connaître aux parties , la plaça dans les titres , en présence d'une assemblée nombreuse et rarement assise , avec quelques paroles pleines d'autorité , avec de grands éloges. De plus , en d'autres circonstances , lorsqu'il ne me savait pas là (et c'est la meilleure manière de connaître promptement un homme), j'ai pu observer sa doctrine , quand la préfecture qui régit les provinces par des faisceaux était elle-même régie par les conseils de Nicétius. Qu'ajouter encore ? Je n'ai rien entendu que je ne voulusse avoir dit moi-même , rien que je n'admirasse. A cause de toutes ces qualités éminentes réunies en cet homme , je suis flatté des suffrages d'un censeur que toutes les voix exaltent. Quelque opinion qu'il ait de ma personne , son sentiment est d'un grand

ipsis taciturnior ero. Sed de sodali deque me satis dictum.

Tu nunc inter ista quid rerum , quas mihi ad vicem nosse non minus cordi? Venaris ? ædificas? rusticarise ? an horum aliquid unum , an singula vi cissim , an pariter cuncta ? Sed de Vitruvio , sive Columella , seu alterutrum ambosve sectere decentissime facis. Potes enim utrumque more , quo qui optimo , id est , ut cultor aliquis e primis architectusque.

Cæterum , ut tibi de venatoris officio quam minimum blandiaris , maxime injungo. Namque apros frustra in venabula vocas , quos canibus misericordissimis , quibus abundas , et quidem solus , movere potius quam commovere consuesti. Esto , sit indulgentia dignum , quod reformidant catuli tui bestiis appropinquare terribilibus corpulentisque ; illud ignoro quomodo excuses quod capreas , pecus simum , pariter et damas in fugam pronos jacentibus animis , pectoribus erectis , passibus rarib , crebris latratibus prosequuntur. Quapropter de reliquo fructuosius retibus cassibusque scrueas rupes , atque opacandis

poids, et quand je trouve qu'il est vrai, il m'inspire autant de confiance, s'il est favorable, qu'il m'inspirerait de crainte s'il ne l'était pas. Au reste, c'est une chose chez moi bien assise, dès que j'aurai connu parfaitement ce qu'il en est, de lâcher la bride au silence, ou de serrer les rénes au babil. Si donc j'obtenais son assentiment, je serais plus causeur que les Athéniens ; dans le cas contraire, je serais plus taciturne que les Amycléens. Mais en voilà bien assez et sur le compte de mon ami et sur le mien.

Toi, maintenant, que fais-tu ? J'ai à cœur de connaître à mon tour tes occupations. Chasses-tu ? fais-tu bâtir ? t'adonnes-tu à l'agriculture ? t'appliques-tu exclusivement à l'une de ces choses, ou à chacune d'elles alternativement, ou à toutes ensemble ? Pour Vitruve et Columelle, si tu les étudies ou séparément ou tous deux à la fois, tu fais très-bien, car tu peux les mener de front l'un et l'autre avec succès, comme le ferait chacun pour sa partie, ou un excellent agriculteur, ou un habile architecte.

Au reste, quant au métier de chasseur, ne t'en flatte pas trop, je te le recommande fortement. Car c'est en vain que tu appelles les sangliers à la portée des épieux ; les chiens si pleins de compassion, que tu as en abondance, et toi seul, te servent plutôt à faire mouvoir les sangliers qu'à les émouvoir. Je le veux, que tes chiens soient dignes d'indulgence, s'ils redoutent d'approcher de ces bêtes terribles et énormes ; toutefois, je ne sais comment tu pourras les justifier de ce que, le cœur bas, la poitrine haute, les pas rares, les aboiemens réitérés, ils poursuivent ou les chèvres timides, ou les daims prompts à la fuite. C'est pourquoi tu feras bien mieux désormais, chasseur stationnaire, d'entourer de tes filets

habilia lustris clusor statarius nemora circumvenis ,
ac pudor si quis , temperas cursibus apertis quatere
campos , et insidiari lepusculis Olarionensibus , quos
nec est tanti raro , te insectante , superandos copulis
palam ductis inquietari , nisi forsitan dum tibi ac
patri noster Apollinaris intervenit , rectius fiet ut
exerceantur .

Exceptis jocis , fac sciam tandem quid te , quid do-
mum circa . Sed ecce dum jam epistolam quæ diu
garrit , claudere optarem , subitus a Santonis nun-
tius , cum quo dum tui obtentu aliquid horarum
sermocinanter extrahimus , constanter asseveravit ,
nuper vos classicum in classe cecinissem , atque inter
officia nunc nautæ , modo militis , littoribus Oceani
curvis inerrare contra Saxonum pандos myoparo-
nes , quorum quot remiges videris , totidem te cer-
nere putas archipiratas , ita simul omnes imperant ,
parent , docent , discunt latrocinari . Unde nunc
etiam ut quamplurimum caveas causa successit
maxima monendi . Hostis est omni hoste truculen-
tior . Improvisus aggreditur , prævisus elabitur ,
spernit objectos , sternit incautos ; si sequatur , in-
tercipit ; si fugiat , evadit . Ad hos , exercent illos
naufragia , non terrent . Est eis quædam cum discri-
minibus pelagi non notitia solum , sed familiaritas .
Nam quoniam ipsa , si qua tempestas est , hinc
securos efficit occupandos , hinc prospici vetat oc-
cupaturos , in medio fluctuum scopulorumque con-

et de tes rets les rochers raboteux , les bois propres à ombrager la retraite des bêtes sauvages ; puis , si tu as quelque vergogne , de t'abstenir de battre les champs par tes courses découvertes , et de faire la guerre aux malheureux lièvres d'Oléron , qu'il ne vaut pas la peine , puisqu'ils doivent si rarement succomber à tes coups , de fatiguer par des meutes promenées en pleine campagne ; à moins , par hasard , qu'il ne soit plus sage de les exercer quand notre Apollinaris se trouvera avec toi et ton frère .

Raillerie à part , fais-moi savoir enfin ce que tu fais , et ce qui se passe chez toi . Pendant que j'allais clore ma lettre , qui est déjà bien longue , le courrier de Saintonge est arrivé tout-à-coup . Nous avons passé quelques heures à causer de toi ; il m'a affirmé que tu avais donné sur votre flotte le signal du départ , et que faisant l'office tantôt de matelot , tantôt de soldat , tu errais sur les rives sinueuses de l'Océan contre les esquifs recourbés des Saxons . Autant tu verras de rameurs parmi eux , autant il faut t'imaginer que tu vois de corsaires ; car tous ordonnent , commettent , enseignent et apprennent le brigandage . J'ai donc grande raison de t'avertir que tu prennes bien garde à toi . C'est , de tous les ennemis , le plus féroce . Il attaque à l'improviste , il échappe quand on croit le surprendre ; il méprise ceux qui l'attendent , il terrasse ceux qui ne l'attendent pas . S'il poursuit , il vous atteint bientôt ; s'il fuit , il échappe . En outre , les naufrages exercent les Saxons , loin de les épouvanter . Non-seulement ils connaissent les dangers de la mer , mais ils sont encore familiarisés avec eux . Et comme la tempête elle-même , s'il y en a une , laisse d'une part dans la sécurité la côte qui doit être envahie , d'autre part empêche de voir ceux qui doivent l'envahir ,

fragosorum spe superventus læti perclitantur. Præterea , priusquam de continenti in patriam vela laxantes hostico mordaces anchoras vado vellant , mos est remeaturis decimum quemque captorum per æquales et cruciarias poenas , plus ob hoc tristi quod superstитioso ritu , necare , superque collectam turbam periturorum mortis iniquitatem sortis æquitate dispergere. Talibus eligunt votis , victimis solvunt , et per hujusmodi non tam sacrificia purgati , quam sacrilegia polluti , religiosum putant cædis infaustæ perpetratores , de capite captivo magis exigere tormenta quam pretia. Quamobrem metuo multa , suspicor varia , quanquam me e contrario ingentia hortentur ; primum , quod victoris populi signa comitaris ; dein quod in sapientes viros , quos inter jure censeris , minus annuo licere fortuitis ; tertio , quod pro sodalibus fide junctis , sede discretis frequenter incutiunt et tuta mœrorem , quia promptius de actionibus longinquis ambigendisque sinistra quæque metus augurat.

Sed dicas non esse tantum forte curanda quæ perhorresco. Id quidem verum est ; sed nec hoc falsum , quod iis , quos amplius diligimus , plus timemus. Unde nihilominus , precor , obortum tui causa sensibus nostris quamprimum prospero relatu exime angorem. Neque enim ex integro flecti unquam ad hoc possum ut de peregrinantibus amicis , quippe

joyeux au sein des flots et des écueils horribles, ils bravent le danger, dans l'espoir de la descente qu'ils vont faire. De plus, avant de mettre à la voile pour la patrie, de quitter le continent et de détacher l'ancre d'un rivage ennemi, ils ont coutume, au moment du départ, de faire mourir en des supplices égaux et horribles la dixième partie de leurs captifs, chose d'autant plus triste qu'elle est fondée sur la superstition, et, par l'équité du sort, de jeter sur la foule réunie des malheureux destinés à périr, l'iniquité du trépas. Voilà quels vœux ils font, quelles victimes ils immolent. Moins purifiés par de semblables sacrifices, que souillés par de tels sacriléges, les auteurs d'un meurtre détestable regardent comme un acte religieux d'exiger d'un captif des tourmens plutôt qu'une rançon. C'est pourquoi je crains pour beaucoup de choses, je doute pour beaucoup d'autres, quoique de fortes raisons soient là pour me rassurer. D'abord, tu marches sous les étendards d'un peuple vainqueur; ensuite, les hommes prudens, parmi lesquels tu peux bien être compté, ne laissent rien au hasard; et puis, quand il s'agit de compagnons que l'amitié unit, que les lieux séparent, on craint souvent alors même qu'il n'y a rien à craindre; car l'on est porté, dans l'apprehension, à augurer mal des choses qui se passent loin de de vous, et dont on a lieu de douter.

Tu diras qu'il ne faut pas tant s'inquiéter peut-être de ce qui fait l'objet de ma crainte; cela est vrai, mais il est vrai aussi que nous craignons davantage pour ceux que nous aimons plus. Néanmoins, je t'en conjure, hâte-toi, en me donnant promptement de tes nouvelles, de m'affranchir de l'anxiété où je me trouve à cause de toi. Jamais, tant que je ne saurai pas des choses favorables sur des amis en voyage, et qui ont toujours à la main la

quos bellica militarisque tessera terit, donec secunda cognosco, non adversa formidem.

Varronem logistoricum sicut poposceras, et Eusebium chronographum misi, quorum si ad te lima pervenerit, si quid inter excubiales curas, utpote in castris, saltem sortito vacabis, poteris, postquam arma deterseris, ori quoque tuo loquendi rubiginem summovere. Vale.

EPISTOLA VII.

SIDONIUS AUDACI SUO SALUTEM.

UBINAM se nunc, velim dicas, gentium abscondunt, qui saepe sibi de molibus facultatum congregatarum, deque congestis jam nigrescentis argenti struibus blandiebantur? ubi etiam illorum prærogativa qui contra indolem juniorum sola occasione præcedentis ætatis intumescebant? Ubi sunt illi quorum affinitas nullo indicio majore cognoscitur quam simultate? Nempe, cum primum bonis actibus locus est et ad trutinam judicii principalis appensa tandem non nummorum libra, sed morum, remansere illi, qui superbissime opinabantur solo se

tessera militaire et celle des combats , l'on ne pourra m'amener à ne pas craindre quelque malheur.

Ainsi que tu me le demandais , je t'ai envoyé le logistique Varron et le chronographe Eusèbe . S'ils te parviennent , tu pourras , quand le sort t'aura laissé quelque loisir au milieu des occupations du camp , après avoir nettoyé tes armes , te servir aussi de cette lime littéraire pour enlever la rouille de la parole sur tes lèvres . Adieu .

LETTRE VII.

SIDONIUS A SON CHER AUDAX , SALUT.

Je voudrais que tu me le disses , en quel lieu de la terre se cachent aujourd'hui ces hommes qui se flattaien souvent de leurs richesses entassées , de ces monceaux d'or noircis par la vétusté ? Où est-elle aussi la prérogative de ceux qui s'enflaient de leur seule priorité d'âge contre une génération nouvelle ? Où sont-ils ces hommes dont l'affinité n'est jamais connue par un plus sûr indice que par celui de la haine ? Dès qu'il s'agit de bonnes actions , et que l'on pèse aussi dans la balance de l'opinion publique , non pas les trésors , mais les mœurs , ils restent de côté , ces hommes qui pensaient orgueilleusement qu'on ne devait les juger que par leur opulence ; qui , absorbés dans les vices comme dans les richesses , veulent qu'on

censu esse censendos, quique sic vitiis ut divitiis incubantes, volunt vanitatis videri alienam surrexisse personam, cum nolint cupiditatis notari suam creuisse substantiam. In qua tamen detrahendi palæstra exercitati, tanquam per oleum, sic per infusa æmulationum venena macerantur.

Tu vero inter hæc macte, qui præfecturæ titulis ampliatus, licet hactenus e prosapia illustris computarere, peculiariter nihil segnius elaborasti, ut a te gloriosius posteri tui numerarentur. Nihil enim est illo per sententiam boni cujusque generosius, quisquis ingenii, corporis, opum junctam in hoc constants operam exercet, ut majoribus suis anteponatur. Quod superest, Deum posco, ut te filii consequantur, aut, quod plus decet velle, transcendant, et quicumque non sustinet te diligere provectum, medullitus æstuantes a semetipso livoris proprii semper exigat poenas, cumque nullas in te habuerit unquam misericordiae causas, habeat invidiæ; siquidem juste sub justo principe jacet qui per se minimus et tantum per sua maximus, animo exiguus vivit et patrimonio plurimus. Vale.

taxe de vanité la conduite d'une autre personne qui cherche à s'élever , tandis qu'ils ne veulent pas , eux , qu'on les accuse de cupidité , pour avoir donné de l'accroissement à leur fortune ? Exercés dans cette palestre de calomnie , ils emploient en guise d'huile les poisons des haines jalouses.

Courage , au milieu de tout cela , toi qui , décoré du titre de prélat , et sorti d'une famille illustre , as travaillé néanmoins à faire en sorte que tes descendans eussent à se glorifier plus encore de leur origine. Car , au jugement de tout homme de bien , il n'est rien d'aussi noble que celui qui fait servir sans cesse les facultés de son esprit , de son corps , et ses richesses à s'élever au-dessus de ses ancêtres. Maintenant , je demande à Dieu que tes fils puissent t'égaler , ou , ce qui serait plus beau encore , te surpasser ; que quiconque ne peut pas t'aimer dans l élévation , soit tourmenté toujours au fond de son cœur , se punisse lui-même de sa propre jalouse , et que n'ayant jamais trouvé envers toi aucun motif d'indulgence , il en trouve de jalouse. Il reste , sans doute , justement oublié sous un juste prince , celui qui , étant petit par lui-même , et grand seulement par ce qu'il possède , se montre petit du côté de l'ame et grand du côté du patrimoine. Adieu.

EPISTOLA VIII.

SIDONIUS SYAGRIO SUO SALUTEM.

Dic , gallicanæ flos juventutis , quo usque tandem
ruralium operum negotiosus urbana fastidis ? Quan-
diu attritas tesserarum quondam jactibus manus
contra jus fasque sibi vindicant instrumenta cerea-
lia ? Quousque tua te Taionnacus patritiæ stirpis
lassabit agricolam ? Quousque prati comantis exu-
vias , hibernis novalibus , non ut eques , sed ut
bubulcus abscondis ? Quousque pondus ligonis ob-
tusi nec perfossis antibus ponis ? Quid Serranorum
æmulus et Camillorum , cum regas stivam , dissimu-
las optare palmatam ? parce tantum in nobilitatis
invidiam rusticari . Agrum si mediocriter colas ,
possides ; si nimium , possideris . Redde te patri ,
redde te patriæ , redde te etiam fidelibus amicis ,
qui jure ponuntur inter affectus . Aut si te tantum
Cincinnati dictatoris vita delectat , duc ante Racili-
am quæ boves jungat . Neque dixerim sapienti viro
rem domesticam non esse curandam , sed eo tem-
peramento quod non solum quid habere , sed quid
debeat esse consideret . Nam , si , cæteris nobilium
studiorum artibus repudiatis , sola te propagandæ

LETTRÉ VIII.

SIDONIUS A SON CHER SYAGRIUS , SALUT.

Dis-moi , ô la fleur de la jeunesse gauloise , jusques à quand , tout occupé des travaux de la campagne , dédaigneras-tu les agrémens de la ville ? jusques à quand ces mains , usées jadis à jeter les dés , tiendront-elles encore , contre toute justice , les instrumens aratoires ? Jusques à quand la *villa* de *Taënnac* fatiguerá-t-elle un cultivateur de race patricienne ? jusques à quand , semblable à un laboureur plutôt qu'à un chevalier , veux-tu cacher sous une terre qui se repose l'hiver , l'exubérance d'herbe qui s'offre dans tes champs ? Jusques à quand , le hoyau pesant à la main , relèveras-tu la terre de tes vignes ? Pourquoi , émule des Serranus et des Camille , puisque tu conduis la charrue , refuses-tu d'ambitionner la robe *palmée* ? Cesse de t'occuper ainsi des travaux de la campagne , au détriment de ta noblesse . Cultiver médiocrement une terre , c'est la posséder ; lui donner trop de soins , c'est en être esclave . Rends-toi à ton père , rends-toi à ta patrie , rends-toi encore à ces fidèles amis qui occupent justement une place dans tes affections . Ou bien , si la vie du dictateur Cincinnatus a pour toi tant d'attrait , épouse d'abord une Racilia , pour atteler tes bœufs . Je ne veux pas dire toutefois qu'un homme raisonnable doit négliger ses propriétés , mais il faut

rei familiaris urtica sollicitat , licet tu deductum
nomen a trabeis atque eboratas curules et gesta-
torias bracteatas , et fastos recolas purpurissatos ,
is profecto inveniere quem debeat sic industrium
quod latentem , non tam honorare censor quam cen-
sus onerare. Vale.

EPISTOLA IX. Iohannes abathus
SIDONIUS LAMPRIDIO SUO SALUTEM.

CUM primum Burdegalam veni , litteras mihi tabellarius tuus obtulit , plenas nectaris , florum , margaritarum , quibus silentium meum culpas , et aliquos versuum meorum versibus paucis , qui tibi solent per musicum palati concayum variata voce tinnientes , quasi tibiis multiforatilibus effundi . Sed hoc tu munificentia regia satis abutens , jam securus post munera facis , quia forsitan satyricum illud de satyrico non recordaris :

qu'il s'en occupe avec modération , et qu'il considère non pas seulement ce qu'il doit avoir , mais encore ce qu'il doit être. Si , dédaignant des goûts plus nobles , tu ne songes qu'à étendre tes domaines , tu auras beau avoir un nom illustré par la *trabée* , compter des sièges d'ivoire , des litières dorées et des fastes brillans de pourpre , il arrivera certainement que , demeurant ainsi caché , tu seras moins honoré par le censeur que surchargé par un cens onéreux. Adieu.

LETTRÉ IX.

SIDONIUS A SON CHER LAMPRIDIUS , SALUT.

Dès que j'ai été arrivé à Bordeaux , ton messager m'a remis une lettre pleine de nectar , de fleurs , de pierres précieuses , dans laquelle tu accuses mon silence , et me demandes quelques-unes de mes poésies par des vers à toi , qui , modulés d'ordinaire sous la voûte retentissante de ton palais par ta voix cadencée , s'échappent de ta bouche , comme d'une flûte à plusieurs trous. Mais cela , tu le fais après avoir usé largement de la munificence royale , et dans la joie que te donnent les présens , tu oublies sans doute ce trait de satire appliqué à un satirique.

Horace a bu son soûl , quand il voit les Ménades . »

Quid multa ? Merito me cantare ex otio jubes , quia jam te saltare delectat. Quidquid illud est, pareo tamen , idque non modo non coactus , verum etiam spontaliter facio ; tantum tu utcumque moderere Catonianum superciliosæ frontis arbitrium. Nosti enim probe lætitiam poetarum , quorum sic ingenia mœroribus , ut pisciculi retibus amiciuntur. Et si quid asperum aut triste , non statim se poetica teneritudo a vinculo incursi angeris elaqueat. Necdum enim quidquam de hæreditate socruali vel in usum tertiae sub pretio medietatis obtinui.

Interim tu videris quam tibi sit epigrammatis flagitati lemna placitum , me tamen nequaquam sollicitudo permittit aliud nunc habere in actione , aliud in carmine. Illud sane præter justitiam feceris , si in præsentiarum vicissim scripta quasi compares. Ago laboriosum , agis ipse felicem. Ago adhuc exulum , agis ipse jam civem ; et ob hoc inæqualia cano , quia similia posco , et paria non impetro. Quod si quopiam casu ineptias istas , quas inter animi supplicia conscripsimus , nutu indulgentiore suscepseris , persuadebis mihi , quia cantuum similes fuerint olorinorum , quorum modulatior est clangor in pœnis ; similes etiam chordæ lyricæ violentius tensæ , quæ quo plus torta , plus musica est. Cæterum si probari nequeunt versus , otii aut hilaritatis expertes , tu quoque in pagina quam subter attexui , nihil quod placeat invenies ; iis adhuc adde quod materialm cui non auditor sed potius lector obtigerit , nihil absentis auctoris pronuntiatio juvat. Neque

Qu'ajouter encore? Tu as bien raison de m'ordonner de chanter à loisir, parce qu'il te plaît de danser. Quoi qu'il en soit, j'obéis; et, non-seulement je le fais sans contrainte, mais je m'y prête encore de bon cœur. Seulement, ne viens pas me juger en Caton ni avec un front sourcilleux; car tu connais fort bien l'humeur des poètes, dont l'esprit se laisse prendre aux chagrins, comme les poissons aux filets; puis, s'ils éprouvent quelque chose de fâcheux ou de triste, leur tendreté poétique ne se dégage pas sur - le - champ des liens où la retient le chagrin survenu

Vois cependant jusqu'à quel point le sujet de l'épigrame que tu demandes, est capable de te plaire. L'ennui ne me permet pas de me montrer autre dans mes actions, autre dans mes vers. Tu aurais tort, sans doute, de comparer aujourd'hui mes écrits aux tiens. Je suis malheureux, tu es heureux, toi; je suis encore exilé, tu es déjà rentré dans la classe des citoyens. Si je ne chante pas aussi bien que toi, c'est que je réclame des faveurs égales, sans pouvoir les obtenir. Si, par hasard, tu reçois avec indulgence des bagatelles que j'ai composées au milieu des angoisses de mon esprit, tu me feras croire qu'elles ressemblent au chant des cygnes dont la voix devient plus harmonieuse dans les peines de leur agonie; qu'elles ressemblent aussi à la corde d'une lyre, qui rend des sons d'autant plus sonores qu'elle est plus tendre. Au reste, si des vers sans gaîté et faits à la hâte ne sont pas capables de plaire, tu ne trouveras rien non plus que tu puisses goûter dans ceux que je mets au bas de cette lettre. Ajoute encore qu'un auteur absent ne peut, par la déclamation, faire ressortir une pièce qui de la

enim post opus missum superest quid poeta vel vocalissimus agat , quem distantia loci nec hoc facere permittit , quod solent chori pantomimorum , qui bono cantu male dictata commandant.

Quid Cyrrham vel Hyantias Camœnas ,

Quid doctos Heliconidum liquores

Scalptos alitis hinnientis ictu ,

Nunc in carmina commovere tentas ,

Nostræ , o Lampridius , decus Thaliæ ,

Et me scribere sic subinde cogis ,

Ac si Delphica Delio tulisset

Instrumenta tuo , novusque Apollo

Cortinam , tripodas , chelym , pharetras ,

Arcus , grypas agam , duplaque frondis

Hinc baccas quatiam vel hinc corymbos ?

Tu jam , o Tityre , rura post recepta ,

Myrtos et platanona pervagatus

Pulsas barbiton , atque concinente

Ora et plectra tibi modos resultant ,

Chorda , voce , metro stupende psaltes .

Nos istic positos semelque visos

Bis jam menstrua luna conspicatur ,

Nec multum domino vacat vel ipsi ,

Dum responsa petit subactus orbis .

Istic Saxona cærulum videmus

Assuetum ante salo , solum timere ;

Cujus verticis extimas per oras

sorte ne trouve pas un auditeur, mais un lecteur. Une fois qu'il a envoyé son ouvrage, le poète même qui aurait la plus belle voix n'a plus rien à faire, puisque la distance des lieux ne lui permet pas de recourir aux moyens employés par les chœurs de pantomimes, qui donnent du prix à de méchantes compositions avec l'habileté de leurs chants.

« Pourquoi veux-tu m'exciter maintenant à chanter et
« Cyrrha, ou les Muses Hyantides, ou les doctes ondes
« de l'Hélicon, ces ondes que Pégase d'un coup de son
« pied léger fit autrefois jaillir, ô cher Lampridius,
« l'honneur de notre muse ! pourquoi m'engages-tu à
« chanter, comme si j'avais enlevé ses instrumens del-
« phiques à ton Délien ; comme si, nouvel Apollon moi-
« même, je pouvais disposer du tapis sacré, du trépied,
« du luth, du carquois, de l'arc et des griffons ; comme
« si mon front agitait le lierre ou le laurier ?

« Toi, heureux Tityre, qui as recouvré déjà tes cam-
« pagnes, qui te promènes au milieu des myrtes et des
« platanes, tu joues du barbiton ; ta bouche et ton archet
« marient des accens harmonieux, et tes cordes, tes
« chants, tes vers ravissent les ames.

« Déjà, depuis plus de deux mois, la lune me voit
« confiné dans ces lieux ; je n'ai paru qu'une fois aux
« regards du souverain, qui n'a pas beaucoup de loisir
« pour moi, car le monde subjugué lui demande aussi
« réponse.

« Ici, nous voyons le Saxon aux yeux bleus, lui
« naguère le roi des flots, maintenant trembler sur la
« terre. Des ciseaux placés sur le sommet du front

Non contenta suos tenere morsus
Altat lamina marginem comarum ,
Et sic crinibus ad cutem recisis
Decrescit caput additurque vultus.

Hic tonso occipiti , senex Sicamber ,
Postquam victus es , elicis retrorsum
Cervicem ad veterem novos capillos .

Hic glaucis Herulus genis vagatur ,
Imos Oceani colens recessus
Algoso prope concolor profundo .

Hic Burgundio septipes frequenter
Flexo poplite supplicat quietem .

Istis Ostrogothus viget patronis ,
Vicinosque premens subinde Chunos
His quod subditur , hinc superbit illis .

Hinc , Romane , tibi petis salutem ,
Et contra Scythicæ plagæ catervas ,

Si quos Parrhasis ursa fert tumultus ,

Eorice , tuæ manus rogantur ,

Ut Martem validus per inquilinum

Defenset tenuem Garumna Tibrim .

Ipse hic Parthicus Arsaces precatur ,

Aulae Susidis ut tenerè culmen

Possit , födere sub stipendiali .

Nam quod partibus arma Bosphoranis

Grandi hinc surgere sentit apparatu ,

Moestam Persida jam sonum ad duelli

Ripa Euphratide vix putat tuendam ;

Qui cognata licet sibi astra fingens ,

Phœbea tumeat propinquitate ,

Mortalem hic tamen implet obsecrando .

« n'atteignent pas seulement les premières touffes , mais
« coupent jusques à leurs racines ses cheveux qui ,
« tranchés ainsi au niveau de la peau , donnent à sa tête
« une forme plus courte , et font paraître son visage plus
« long.

« Là , vieux Sicambre , après que tu as été vaincu et
« que l'on t'a dépouillé de ta chevelure , tu rejettes en
« arrière sur ta tête les cheveux qui te reviennent.

« Ici porte ses pas errans l'Hérule aux joues bleuâtres ,
« lui qui habite les côtes les plus reculées de l'Océan , et
« dont le visage ressemble presque à l'algue des mers.

« Ici le Burgunde , haut de sept pieds , fléchit sou-
« vent le genou , et demande la paix.

« L'Ostrogoth trouve dans Euric un protecteur puis-
« sant , traite avec rigueur les Chuns ses voisins , et
« les soumissions qu'il fait ici le rendent fier ailleurs.

« Et toi , Romain , c'est ici que tu viens demander du
« secours , et que tu implores contre les phalanges des
« régions de Scythie l'appui d'Euric , lorsque la
« grande ourse menace de quelques troubles. Ainsi , par
« la présence de Mars qui règne sur ces bords , la
« Garonne puissante protège le Tibre affaibli. Le Parthe
« Arsace lui-même demande qu'il lui soit permis , en
« payant un tribut , de régner en paix dans son palais
« de Suse. Car , sachant qu'il se fait de grands prépa-
« ratifs de guerre sur le Bosphore , il n'espère pas que
« la Perse , consternée au seul bruit des armes , puisse
« être défendue sur les rives de l'Euphrate ; et lui , qui
« se fait appeler le parent des astres , qui s'enorgueillit
« de sa fraternité avec Phébus , descend néanmoins
« aux prières et se montre simple mortel.

Hæc inter, terimus moras inanes;
Sed tu, o Tityre, parce provocare;
Nam non invideo magisque miror,
Qui, dum nil mereor, precesque frustra
Impendo, Melibœus esse coipi.

En carmen quod recenseas otia bundus, nostrumque sudorem ac pulverem spectans, veluti jam coronatus auriga de podio. De reliquo, non est quod suspiceris par me officii genus repetiturum, etiamsi delectere præsenti, nisi prius ipse destiterim vaticinari magis damna quam carmina.

EPISTOLA X.

SIDONIUS RURICIO SUO SALUTEM.

Esse tibi usui pariter et cordi litteras granditer gaudeo. Nam stylum vestrum quanta comitetur vel flamma sensuum vel unda sermonum, liberius assererem, nisi dum me laudare non parum studies, laudari plurimum te vetares. Et quanquam in epistola tua servet caritas dulcedinem, natura facun-

« Au milieu de tout cela , mes jours se perdent en
« des retards inutiles ; mais toi , Tityre , cesse de pro-
« voquer ma muse ; loin de porter envie à tes vers , je
« les admire plutôt , moi qui , n'obtenant rien et em-
« ployant en vain les prières , suis devenu un autre
« Mélibée . »

Voilà mon poème ; tu le liras dans tes momens de loisir , et , pareil au conducteur de chars déjà couronné , tu regarderas de derrière la balustrade , la sueur qui m'inonde et la poussière qui me couvre. Au reste , je ne crois pas que jamais je t'envoie d'autres productions de ce genre , quand bien même la lecture de ces vers te causerait quelque plaisir , à moins que je ne cesse de chanter mes malheurs , en oubliant les vers. Adieu.

LETTRE X.

SIDONIUS A SON CHER RURICIUS , SALUT.

JE vois avec grand plaisir que tu cultives les lettres , et que tu les prends à cœur. Je dirais plus volontiers quelle chaleur de pensée , quelle rapidité de langage accompagne ton style , si les éloges exagérés que tu me donnes ne me défendaient de te louer beaucoup. Et quoique dans ta lettre l'amitié conserve sa douceur , la nature son éloquence , l'habileté son art , tu as péché

diam , peritia disciplinam , in sola materiæ tamen electione peccasti , licet id ipsum possit prædicari in voto , quod videris errasse judicio. Ingentes præco- niorum titulos moribus meis applicas. Sed si pudoris nostri fecisses utcumque rationem , Symmachianum illud te cogitare par fuerat : *Ut vera laus ornat, ita falsa castigat.* Quo loci tamen si animum vestrum bene metior , super affectum quem maximum os- tendis , hoc tu et arte fecisti. Nam moris est eloquentibus viris ingeniorum facultatem negotiorum probare difficultatibus , et illic stylum peritum quasi quedam fecundi pectoris vomerem figere , ubi materiæ sterilis argumentum velut arida cespitis macri gleba , jejunat. Scaturit mundus similibus exemplis. Medicus in desperatione , gubernator in tempestate cognoscitur ; horum omnium famam præcedentia pericula extollunt , quæ profecto deli- tescit , nisi ubi probetur , invenerit. Sic et magnus orator si negotium aggrediatur angustum , tunc amplum plausibilius manifestat ingenium. M. Tullius in actionibus cæteris cæteros , pro A. Cluentio ipse se vicit. M. Fronto cum reliquis orationibus emineret , in Pelopem se sibi prætulit. C. Plinius pro Attia Viriola plus gloriæ de centumvirali sug- gestu domum retulit , quam cum M. Ulpio incom- parabili principi comparabilem panegyricum dixit. Sic et ipse fecisti qui , dum vis exercere scientiam tuam , non veritus es fore tibi impedimento etiam conscientiam meam. Quin potius supplicando meis medere languoribus , neque per decipulam male blandientis eloquii ægrotantis adhuc animæ fragi-

seulement par le choix de la matière. On peut te louer , du reste , de tes intentions , si tu sembles avoir erré dans ton jugement. Tu crois voir dans ma conduite de grands titres aux éloges ; mais , si tu avais un peu tenu compte de notre pudeur , tu aurais dû songer à cette maxime de Symmaque : *Une louange vraie est un ornement , comme un éloge faux est un châtiment.* Toutefois , si je juge bien ton esprit , outre la grande affection que tu me témoignes , tu as fait preuve encore d'habileté. Car , c'est l'ordinaire des hommes éloquens de prouver la puissance de leur génie par la difficulté des affaires qu'ils traitent , et de diriger savamment le style , comme une sorte de soc d'une ame féconde , quand une matière stérile , semblable à la glèbe aride d'un terrain maigre , présente peu de ressources au talent. Le monde est plein de pareils exemples ; le médecin se fait connaître dans une maladie désespérée ; le pilote , dans la tempête ; leurs précédentes épreuves accroissent leur réputation , qui sans doute resterait ignorée , si elle n'eût trouvé le moyen de se manifester. C'est ainsi que le grand orateur , s'il embrasse un sujet médiocre révèle un talent supérieur et enlève les suffrages. M. Tullius l'emporte sur tous les autres orateurs dans tous ses discours ; dans son oraison pour A. Cluentius , il s'est surpassé lui-même. M. Fronto , quoiqu'il brillât dans ses autres discours , s'est élevé au-dessus de lui-même dans son plaidoyer contre Pélops. C. Plinius , après avoir parlé en faveur d'Attia Viriola , remporta chez lui du haut de la tribune aux harangues , plus de gloire que lorsqu'il prononça ce panégyrique comparable à M. Ulpius , prince incomparable. Ainsi as - tu fait toi - même , quand , jaloux d'exercer ton savoir , tu n'as pas appréhendé de trouver un obstacle même dans ma conscience. Que tes prières

litatem gloriæ falsæ pondere premas. Sane cum tibi sermone pulchro vita sit pulchrior , plus mihi indulges , si mei causa orare potius velis quam perorare. Vale.

EPISTOLA XI.

SIDONIUS LUPO SUO SALUTEM.

Quid agunt Nitibroges , quid Vesunni ci tui , quibus de te sibi altrinsecus vindicando nascitur semper sancta contentio ? unus te patrimonio populus , alter etiam matrimonio tenet ; cumque hic origine , iste conjugio , melius illud quod uterque judicio . Te tamen , munere Dei inter ista felicem , de quo diutius occupando possidendoque operæ pretium est , votiva populorum studia configgere ! Tu vero utrisque præsentiam tuam disposite vicissimque partitus , nunc Drepanum illis , modo istis restituis Anthedium . Etsi a te instructio rhetorica poscatur , hi Paulinum , illi Alcimum non requirunt . Unde te magis miror quem quotidie tam multiplicis bibli-

portent remède à mes langueurs , et par les séductions d'un langage dangereusement flatteur , ne va pas accabler sous le poids d'une fausse gloire la faiblesse d'une ame encore malade. Et certes , puisque ta vie est plus belle que tes discours déjà si beaux eux-mêmes , tu me témoigneras bien plus d'amitié , si tu veux prier plutôt que pérorer pour moi. Adieu.

LETTRE XI.

SIDONIUS A SON CHER LUPUS , SALUT.

QUE font tes Nitiobroges , tes Vesunnici , eux chez qui le désir de te posséder fait naître sans cesse une sainte contestation? Tu appartiens à l'un de ces peuples par ton patrimoine ; à l'autre , par ton mariage. Celui-là te réclame pour t'avoir vu naître ; celui-ci , pour t'avoir donné une épouse ; ce qui est mieux , tous deux te réclament avec raison. Que tu es heureux , grâces au ciel , au milieu de toutes ces choses , puisque tu mérites que , pour t'avoir et te posséder plus long-temps , l'amour des peuples rivalise de zèle ! Mais toi , en leur accordant tour à tour ta présence , tu rends tantôt Drépanius aux uns , tantôt Anthédius aux autres. Veulent-ils un orateur , ils n'ont lieu de regretter ni Paulin , ni Alcimus. Aussi je m'étonne que , remuant chaque jour les trésors d'une

theæ ventilata lassat egeries , aliquid a me veterum flagitare cantilenarum. Pareo quidem, licet intempestiva videatur recordatio jocorum tempore dolendi.

Lampridius orator modo primum mihi occisus agnoscitur , cuius interitus amorem meum summis conficeret angoribus , etiamsi non eum rebus humanis vis impacta rapuisse. Hic me quondam , ut inter amicos joca , Phœbum vocabat , ipse a nobis vatis Odrysii nomine accepto. Quod eo congruit ante narrari, ne vocabula figurata subditum carmen obscurent. Huic quodam tempore Burdegalam invisens metatoriam paginam quasi cum musa prævia misi. Puto hanc tibi liberius offerri , quam si aliquid super decadentis occasu lugubre componens , qui non placebam per eloquentiam , per materiam displicerem.

Dilectæ nimis et peculiari Phœbus commonitorium Thaliæ.
Paulum depositis , alumna , plectris
Sparsam stringe comam virente vitta ,
Et rugas tibi syrmatis profundi
Succingant hederæ expeditiores.
Soccos ferre cave , nec , ut solebat ,
Laxo pes natet altus in cothurno ;
Sed tales crepidas ligare cura ,
Quales Harpalice , vel illa vinxit
Quæ victos gladio procos cecidit.
Perges sic melius volante saltu ,

riche bibliothèque , tu viennes me demander quelqu'une de mes poésies d'autrefois. J'obéis , quoiqu'il paraisse assez intempestif de rappeler des badinages , quand il faut être en deuil.

J'apprends à cette heure , seulement , que l'orateur Lampridius a été tué ; son trépas jettait mon cœur dans une profonde tristesse , quand même il n'aurait pas succombé à une mort violente. Par une de ces plaisanteries communes entre amis , il m'appelait autrefois Phébus , et il avait reçu de moi le nom de poète Odrysien. Il convient que d'abord je rapporte ceci , afin que les mots figurés ne jettent point d'obscurité sur les vers suivans. Une fois que j'allais à Bordeaux , me faisant , pour ainsi dire , précéder de ma muse , je lui envoyai cette pièce pour me faire préparer un logis. Il est mieux , je pense , de te l'offrir que de composer sur la mort du défunt une pièce lugubre qui , sans plaisir du côté de l'éloquence , déplairait du côté du sujet.

« A sa chère et bien-aimée Thalie , commonitoire de
« Phébus.

« Dépose quelques momens ta lyre , ô mon élève ;
« noue avec un vert bandeau ta chevelure flottante ,
« et que le lierre flexible ceigne ta vaste robe aux replis
« sinueux. Garde - toi de prendre le socque , et que ton
« pied n'aille pas , comme à l'ordinaire , nager dans un
« cothurne spacieux. Mais aie soin de prendre une
« chaussure semblable à celle d'Harpalice ou à celle de
« l'Amazone qui , de son glaive , immola ses prétendants
« vaincus. Tu seras plus agile dans ta marche , si tes
« doigts de pied sont nus vers la pointe de tes sandales ;

Si vestigia fasceata nudi
Per summum digitii regant, citatis
Firmi ingressibus, atque vinculorum
Concurrentibus ansulis reflexa
Ad crus per cameram catena surgat.
Hoc pernix habitu meum memento
Orpheum visere, qui quotidiana
Saxa et robora corneasque fibras
Mollit dulciloqua canorus arte;
Arpinas modo quem tonante lingua
Ditat, nunc stylus aut Maronianus,
Aut quo tu Latium beas, Horati,
Alcaeo potior lyristes ipso.
Et nunc inflat epos tragœdiarum,
Nunc comoedia temperat jocosa,
Nunc flammant satyræ et tyrannicarum
Declamatio controversiarum.
Dic, Phœbus venit atque post veredos
Remis velivolum quatit Garumnam.
Occuras jubet, ante sed parato
Actutum hospitio, Leontioque,
Prisco Livia quem dat e senatu,
Dic, jam nunc aderit. Satis facetum et
Solo nomine Rusticum videto.
Sed si tecta negant ut occupata,
Perge ad limina mox episcoporum;
Sancti et Gallicini manu osculata,
Tecti posce brevis vacationem;
Ne, si destituor domo negata,
Mœrens ad madidas eam tabernas,
Et claudens geminas subinde narés,
Propter sumificas gemam culinas,
Qua serpylliferis olet' catenis
Baccas per geminas ruber botellus.

« ton pas sera plus ferme et plus rapide , si les courroies
« égales de ta chaussure , en remontant vers la jambe ,
« s'élèvent au-dessus du coude-pied.

« Dans ce léger costume , souviens-toi de visiter mon
« Orphée qui , chaque jour , par l'harmonie et la douceur
« de ses chants , charme les rochers et les bois , et adoucit
« les cœurs les plus durs ; mon Orphée qu'enrichissent
« l'éloquence tonnante de l'Arpinate , les douceurs du
« style de Virgile , ou les grâces qui charment si fort le
« Latium , dans cet Horace , poète lyrique supérieur à
« Alcée lui-même. Tantôt il fait entendre les fiers accens
« de la tragédie ; tantôt il prend le langage facétieux
« de la comédie ; tantôt il s'enflamme dans la satire et
« dans les déclamations qui ont pour objet les débats
« excités par les tyrans. Dis : — Phébus arrive , et , après
« avoir quitté la poste , il frappe de ses rames la rapide
« Garonne. Il ordonne que tu ailles à sa rencontre ,
« mais après lui avoir préparé d'abord un logement ; dis
« aussi à Léontius , ce fils de Livia , d'une ancienne
« famille sénatoriale , dis-lui : — Phébus arrivera bientôt.
« Vois ensuite le facétieux Rusticus , qui n'a que le nom
« de rustique. Mais si leurs demeures sont occupées déjà ,
« cours aussitôt à la maison des évêques ; et , après
« avoir baisé la main du saint Gallicinus , demande-lui
« à séjourner quelque peu sous son humble toit , afin
« que , si je ne puis trouver asile dans la maison de mes
« amis , je n'aille pas tristement me réfugier dans les
« hôtelleries fréquentées par les buveurs , et que je ne
« sois pas obligé de me boucher le nez pour éviter la
« fumée des cuisines où le rouge boudin enchaîné , sus-
« pendu par deux rangs , exhale une odeur de serpolet , où
« les vapeurs des chaudières s'élèvent au milieu du pétil-

Ollarum aut nebulae vapore juncto
Fumant cum crepitantibus patellis.
Hic cum festa dies ciere rayos
Cantus coepit, et voluptuosam
Scurrarum querimoniam crepare,
Tunc, tunc carmina digniora vobis,
Vinosi hospitis excitus camœna
Plus illis ego barbarus susurrem.

O necessitas abjecta nascendi, vivendi misera,
dura moriendi!

Ecce quo rerum volubilitatis humanæ rota ducitur.
Amavi, fateor, satis hominem, licet quibusdam
tamen venialibus erratis implicaretur, atque virtutibus
minora misceret. Namque crebro levibus ex
causis, sed leviter excitabatur, quod nihilominus
ego studebam sententiæ cæterorum naturam potius
persuadere quam vitium, adstruebamque meliora
quatenus in pectore viri iracundia materialiter reg-
nans, quia nævo crudelitatis fuerat infecta, præ-
textu saltem severitatis emacularetur. Præterea etsi
consilio fragilis, fide firmissimus erat; incautissi-
mus, quia credulus; securissimus, quia non nocens.
Nullus illi ita inimicus, qui posset ejus extorquere
maledictum; et tamen nullus sic amicus, qui posset
effugere convitium. Difficilis aditu, cum facilis ins-
pectu, et portandus quidem, sed portabilis. De
reliquo, si orationes illius metiaris, acer, rotundus,
compositus, excussus; si poemata, tener, multi-

« lement qui se fait dans les plats. Là, quand un jour de
« fête fera entendre des chants enroués , et que retentira
« la voix bouffonne des parasites , alors , alors , éveillé
« par la muse d'un hôte ami du vin , que je vous murmure ,
« plus barbare qu'eux encore , des vers dignes de vous .

O combien est triste la nécessité de naître ! combien celle de vivre est malheureuse ! combien celle de mourir est cruelle !

Voilà où se précipite la roue de l'instabilité humaine. Je l'ai beaucoup aimé , cet homme , je l'avoue , quoiqu'il fût engagé dans quelques erreurs pardonnables , et qu'il mêlât des faiblesses à ses vertus. Car , souvent , pour des causes légères , il s'irritait , mais assez peu , et je m'appliquais à persuader aux autres que c'était là plutôt un effet de son caractère , qu'un vice réel. Je donnais une interprétation favorable à cette colère qui régnait matériellement dans son ame , et , comme elle était entachée de cruauté , je cherchais à la couvrir du prétexte de sévérité. Quoique peu sûr du côté de la prudence , il était ferme dans ce qu'il croyait ; ne se tenant point sur ses gardes , parce qu'il était crédule ; toujours plein de confiance , parce qu'il ne nuisait à personne. Il n'avait point d'ennemi qui pût lui arracher une parole de malédiction ; point d'ami cependant qui pût échapper à ses censures. D'un accès difficile , il était facile dans un tête-à-tête ; il fallait le supporter , mais il était supportable. Au reste , à regarder ses discours , il était

meter , argutus , artifex erat. Faciebat siquidem versus oppido exactos , tam pedum mira quam figurarum varietate ; hendecasyllabos lubricos et enodes ; hexametros crepantes et cothurnatos ; elegos vero nunc echoicos , nunc recurrentes , nunc per anadiplosim fine principiisque connexos. Hic , ut arreptum suaserat opus , ethicam dictionem pro personæ temporis et loci qualitate variabat , idque non verbis qualibuscumque , sed grandibus , pulchris , elucubratis. In materia controversiali fortis et lacer-tosus ; in satyrica , sollicitus et mordax ; in tragica , sævus et flebilis ; in comica , urbanus multifor-misque ; in fescennina , vernans verbis , æstuans votis ; in bucolica , vigilax , parcus , carminabundus ; in georgica , sic rusticans multum quod nihil rus-ticus. Præterea quod ad epigrammata spectat , non copia , sed acumine placens , quæ nec brevius dis-ticho , nec longius tetrasticho finiebantur , eademque cum non pauca piperata , mellea multa conspiceres , omnia tamen salsa cernebas. In lyricis autem Flac-cum secutus , nunc ferebatur in iambico citus , nunc in choriambico gravis , nunc in alcaico flexuosus , nunc in sapphico inflatus. Quid plura ? subtilis , aptus , instructus , quaue mens stylum ferret elo-quentissimus prorsus , ut eum jure censeret post Horatianos et Pindaricos cycnos gloriæ pennis evo-laturum.

vif, harmonieux, travaillé, scrupuleux; à regarder ses poèmes, il était tendre, il employait divers mètres, écrivait avec délicatesse et avec art. Il faisait des vers bien rimés, pleins d'une merveilleuse variété de pieds et de figures; des hendécasyllabes coulans et faciles; des hexamètres sonores et pompeux; des élégiaques tantôt faisant écho, tantôt revenant sur eux-mêmes, tantôt, avec une répétition, unis par la fin et par le commencement. Lampridius, selon que le demandait le sujet, savait proportionner son style aux personnes, aux temps et aux lieux, et cela, non point avec des expressions communes, mais en des termes relevés, nobles et choisis. Dans les matières de controverse, il était fort et nerveux; dans la satire, vif et mordant; dans la tragédie, passionné et attendrissant; dans la comédie, urbain et souple; dans les fescennins, fleuri en son langage, chaleureux en ses souhaits; dans la bucolique, scrupuleux, sobre, riche de poésie; dans la géorgique, extrêmement simple, sans aucune rusticité de style. En outre, pour ce qui concerne les épigrammes, elles ne plaisaient pas tant par l'abondance que par la pointe, et ne renfermaient pas moins de deux vers, ni plus de quatre. Elles offraient quelquefois du piquant, quelquefois du doux, toujours du sel et de la verve. En poésie lyrique, où il s'était proposé Flaccus pour modèle, il se montrait tantôt rapide dans l'iambe, tantôt grave dans le choriambé, tantôt souple dans l'alcaïque, tantôt pompeux dans le sapphique. En un mot, il avait de la finesse, de la justesse, de l'habileté, et, quelque sujet qu'il traitât, une grande éloquence; de sorte que l'on aurait pu s'imaginer, à bon droit, qu'il s'envolerait sur les ailes de la gloire, après Horace et Pindare, ces cygnes de la poésie.

Aleæ , sphæræ non juxta deditus. Nam cum tesserais ad laborem occuparetur , pila tantum ad voluptatem ; fatigabat libenter , quodque plus dulce , libentius fatigabatur. Scribebat assidue , quanquam frequentius scripturiret. Legebat etiam incessanter auctores cum reverentia antiquos , sine invidia recentes. Et , quod inter homines difficillimum est , nulli difficulter ingenii laude cedebat.

Illud sane non solum culpabile in viro fuit , sed peremptorium , quod mathematicos quondam de vitæ suæ fine consuluit , urbium cives Africanarum , quibus , ut est regio , sic animus ardentior , qui , constellatione percunctantis inspecta , pariter annum , mensem diemque dixerunt , quos , ut verbo matheseos utar , climactericos esset habiturus , utpote quibus themate oblato quasi sanguinariæ genitauræ schema patuisset , quia videlicet amici nascentis anno quemcumque clementem planetorum siderum globum in diastemate zodiaco prosper ortus erexerat ; hunc in occasu cruentis ignibus in rubescentes seu super diametro Mercurius asyndetus , seu super tetragono Saturnus retrogradus , seu super centro Mars apocatasticus exacerbassent.

Sed de iis qualia quoque modo sint , quanquam sint maxime falsa ideoque fallentia , si quid plenius planiusque cohæret , licet et ipse arithmeticæ studias , et , quæ tua diligentia , Vertacum , Thrasybulum , Saturninum sollicitus evolvas , ut qui semper nil nisi arcanum celumque meditere. Interim ad præsens nil conjecturaliter gestum , nil per ambages ,

Il s'adonnait moins au jeu et à la paume ; car si les dés l'occupaient comme un travail , la balle était pour lui seulement un plaisir ; il plaisantait volontiers , et , ce qui était plus agréable, il se laissait plaisanter plus volontiers encore. Il écrivait souvent , et plus souvent encore avait envie d'écrire. Il lisait continuellement aussi les auteurs anciens avec respect , les auteurs modernes sans jalouse. Chose bien difficile à trouver parmi les hommes , il ne le cédait à aucun autre pour la beauté du génie.

Ce qu'il y eut en lui non-seulement de coupable , mais encore de fatal , c'est qu'il avait consulté jadis , touchant la fin de sa vie , ces magiciens de l'Afrique , dont l'esprit est aussi ardent que leur pays même. Après avoir examiné , d'après sa demande , la constellation de Lampridius , ils lui prédiront et l'année , et le mois , et le jour qui devaient être (j'emploie le mot de l'astrologie) climactériques pour lui. Quand il leur eut exposé sa naissance , ils y virent l'indice d'une mort sanglante , parce que dans l'année où naquit notre ami , un heureux lever avait amené dans les distances zodiacales tous les globes favorables des planètes , et que ces mêmes planètes , à leur coucher , avaient été rendues sinistres , soit par Mercure asyndète sur le diamètre , soit par Saturne sur le tétragone , soit par Mars apocatastique sur le centre , et enveloppé de feux rouges et sanglans.

Au reste , touchant cette science quelle qu'elle soit , et sans doute elle est fausse et trompeuse , s'il y a quelque enchaînement dans ses procédés , tu peux toi-même étudier l'arithmétique ; puis , avec cette habileté qui te caractérise , feuilleter soigneusement Vertacus , Thrasylus , Saturninus , toi dont toutes les méditations ne roulent que sur des sujets mystérieux et élevés. Toujours est-il que , dans la circonstance présente , rien ne s'est

quandoquidem hunc nostrum temerarium futuorum sciscitatorem , et diu frustra tergiversantem tempus et qualitas prædictæ mortis innexuit. Nam domi pressus strangulatusque servorum manibus , obstructo anhelitu , gutture obstricto , ne dicam Lentuli , Jugurthæ , atque Sejani , certe Numantini Scipionis exitu periiit. Hæc in hac cæde tristia minus , quod nefas ipsum cum auctore facti parricidalis diluculo inventum est. Nam quis ab hominum tam procul sensu , quis ita gemino obtutu eluminatus , qui , exanimati cadavere inspecto , non statim signa vitæ colligeret extortæ ? Etenim protinus argumento fuere livida cutis , oculi protuberantes , et in obruto vultu non minora iræ vestigia , quam doloris. Inventa est quidem terra tabo madefacta deciduo , quia post facinus ipsi latrones ad pavimentum conversa defuncti ora pronaverant , tanquam sanguinis eum superæstuans fluxus exinanisset. Sed protinus capto qui fuerat ipsius factionis fomes , incensor , antesignanus , cæterisque complicibus oppressis seorsumque discussis , criminis veritatem de pectoribus invitis tormentorum terror extraxit. Atque utinam hunc finem , dum inconsulte fides vana consultat , non meruissest excipere ! Nam quisque præsumpsérít interdicta , secreta , vetita rimari , vereor hujusmodi a catholice fidei regulis exorbitaturum , et effici dignum in statum cuius respondeantur adversa , dum requiruntur illicita. Secuta quidem est ultio extinctum , sed magis prosunt ista victuris. Nam quoties homicida punitur , non est remedium , sed solatium vindicari.

fait par conjectures , par ambiguïtés , puisque notre té-
méraire scrutateur de l'avenir est mort enfin , malgré
ses longues et inutiles précautions , à l'époque et de la ma-
nière qu'on lui avait prédit qu'il mourrait. Surpris chez lui
et étranglé par ses serviteurs , l'haleine étouffée , le gosier
serré , il pérît tout au moins de la mort de Scipion Nu-
mantin , pour ne pas dire de celle de Lentulus , de Ju-
gurtha et de Séjan. Ce qu'il y a toutefois de moins triste
dans ce meurtre , c'est que le crime a été découvert au
point du jour avec l'auteur du parricide. Et , quel homme
assez peu sensé , quel homme assez aveugle , pour ne pas
reconnaître aussitôt , à l'inspection du cadavre , l'indice
d'une mort violente ? Les preuves en étaient écrites sur
cette peau livide , sur ces yeux hors de l'orbite , sur ce
visage meurtri , qui offrait des traces de colère non
moins que de douleur. On trouva la terre humide de
sang ; car , après leur forfait , les voleurs avaient tourné
contre le pavé la face de la victime , comme si elle eût
succombé à une violente hémorragie. Mais , quand on
se fut saisi de celui qui avait été le moteur , le boute-
feu , le chef de la faction , que ses complices eurent été
pris , et qu'on les eut interrogés à part , la terreur des
tourmens finit par leur arracher l'aveu du crime. Et plutôt
à Dieu que , s'il consulta les devins dans une frivole
crédulité , il n'eût point mérité par-là de subir une telle
destinée ! Tout homme qui ose scruter des mystères
interdits , cachés et défendus , s'éloigne , je le crains
fort , des règles de la foi catholique , et mérite d'obtenir
une sinistre réponse à des questions illicites. Le mort ,
sans doute , a eu sa vengeance , mais son exemple peut
être fort utile aux vivans. Car , toutes les fois qu'un homi-
cide est puni , ce n'est pas un remède au mal que cette
vengeance , mais une consolation.

Longiuscule me progreedi amor impulit , cujus angorem silentio exhalare non valui. Tu interim , si quid istic cognitu dignum est , citus indica , saltem ob hoc scribens ut animum meum tristitudine gravem lectio levet. Namque confuso pectori moeror , et quidem jure plurimus erat , cum paginis ista committerem sola. Neque enim satis mihi aliud hoc tempore manu , sermone , consilio , scribere , loqui , volvere libet. Vale.

EPISTOLA XII.

SIDONIUS TRIGETIO SUO SALUTEM.

TANTUMNE te Vasatium civitas , non cespiti imposita , sed pulveri , tantum Syrticus ager , ac vagum solum , et volatiles ventis altercantibus arenæ sibi possident , ut te magnis flagitatum precibus , parvis separatum spatiis , multis expectatum diebus , attrahere Burdegalam , non potestates , non amicitiae , non opimata vivariis ostrea queant ? An temporibus hybernis viarum te dubia suspendunt ? et quia solet Bigerricus turbo mobilium aggerum indicia confundere , quoddam vereris in itinere terreno pe-

L'amitié m'a jeté beaucoup trop loin ; cependant, elle ne pouvait exhaler en secret ses angoisses. Toutefois, si tu sais quelque chose qui soit digne d'être connu, hâte-toi de m'en faire part, et écris-moi tout au moins, pour que la lecture de ta lettre soulage mon esprit accablé sous le poids de la tristesse. J'avais le cœur oppressé de chagrin, lorsque je confiais au papier ces seules pensées. Aujourd'hui même, ma main ne peut écrire, ma langue ne peut exprimer, ma raison ne sait résoudre aucune autre chose. Adieu.

LETTRE XII.

SIDONIUS A SON CHER TRIGETIUS, SALUT.

CETTE ville de Bazas, qui est assise, non point sur de rians gazons, mais sur un monceau de poussière ; des plaines desséchées, un sol aride, des sables que les vents, dans leurs chocs, soulèvent et chassent dans les airs, tous ces tristes objets te charment-ils donc si fort que tu ne puisses, toi qui es réclamé par de si instantes prières, toi qui es si peu éloigné de nous, et depuis si long-temps attendu, te laisser enfin attirer à Bordeaux, ni par les puissances, ni par l'amitié, ni par les huîtres engrangées dans nos viviers ? Est-ce que tu serais arrêté par la difficulté de voyager en hiver ? et comme le vent impétueux du Bi-

destre naufragium ? Ubi , quæsumus , animo tam celeriter excessit vestigiis tuis nuper subacta Calpis ? ubi fixa tentoria in occiduis finibus Gaditanorum ? Ubi ille Trigetio meo idem qui Herculi quondam terminus peregrinandi ? Tantumne a te ipso ipse tu discrepas , ut totus in desidiæ jura concesseris , quo peragrante secreta regionum fabulosarum prius defuit actio laboris , quam fatigationis intentio ? Et post hæc portum Alingonis tam piger calcas , ac si tibi nunc esset ad limitem Danubinum contra in cursaces Massagetas proficiscendum , vel si nunc etiam tuæ naves stagna Nilotidis aquæ per indigenas formidata crocodilos transfretarent . Et cum nec duodecim millium objectu sic retarderis , quid putamus cum exercitu M. Catonis in Leptitana Syrte fecisses ? Sed quamlibet sola hiemalium mensium nomina tremas , tam clemens est facies coeli , tam tepida , tam suda , et sic auras mage quam ventos habet , ut te non valeat enixius retinere tempus , quam invitare temperies .

Sed si epistolam spernis evocatoriam , credo , vel versibus non reluctaberis , impulsoribus blandis , et desiderii mei , quantum suspicor , strenuis executoribus , quorum in te castra post biduum commovebuntur . Ecce jam Leontius meus facile primus Aquitanorum , ecce jam parum inferior parente Paulinus , ad locum quem supra dixi per Garumnæ fluenta refluentia , non modo tibi cum classe , ve-

gorre a coutume d'effacer les traces des routes en un sol mobile , crains-tu de faire en quelque sorte naufrage sur terre ? Comment donc as-tu si promptement oublié que ton pied foulâ naguère les sommets de Calpé ; que tu dressas tes tentes aux limites occidentales de Gadès ? Mon ami Trigétius ne se rappelle-t-il plus qu'il ne mit à ses voyages d'autres bornes que les bornes d'Hercule ? Diffères-tu donc assez de toi-même , pour avoir passé tout entier sous les lois de la paresse , toi qui , parcourant des contrées inconnues et presque fabuleuses , as vu manquer les régions devant tes pas , plus tôt que tu n'as senti faillir ton ardeur ? Et après cela , tu n'hésites pas moins à t'embarquer au port d'Alingon , que s'il te fallait aller maintenant sur les rives du Danube repousser les incursions des Massagètes , ou que si ton vaisseau devait traverser les eaux du Nil , au milieu des redoutables crocodiles qu'elles enferment ! Puisque l'espace de douze milles est un obstacle assez puissant pour t'arrêter , que devons-nous croire que tu eusses fait avec l'armée de M. Caton , dans les déserts de Leptis ? Cependant quelque horreur que t'inspirent les noms seuls des mois de l'hiver , rassure-toi , le ciel est si calme , si tiède , si serein ; on sent dans l'air un souffle si doux , que la saison doit moins te retenir , que ne doit t'inviter notre température.

Mais si tu méprises ma lettre qui t'appelle , tu ne résisteras pas , je pense , à des vers , solliciteurs insinuans , qui sauront aussi , je crois , mener courageusement à fin mes désirs , et iront , dans deux jours , se ranger en bataille contre toi . Voilà que mon ami Léontius , le premier , sans contredit , des Aquitains , voilà que Paulinus , qui ne le cède presque en rien à son père , se préparent à aller au-devant de toi , vers les lieux dont j'ai parlé plus haut , et à t'amener sur les eaux de la Garonne , à la faveur du

rumetiam cum flumine occurrent. Hic tuas laudes modificato celeumate simul inter transtra remiges , gubernatores inter aplustria canent. Hic te ædificatus culcitis torus , hic tabula calculis strata bicoloribus , hic tessera frequens eboratis resultatura pyrgorum gradibus expectat ; hic , ne tibi pendulum tinguat volubilis sentina vestigium , pandi carinarum ventres abiegnarum trabium textu pulpitarunt ; hic superflexa crate paradarum sereni brumalis infida vitabis. Quid delicatæ pigritiæ tuæ plus poterit impendi , quam ut te pervenisse invenias , cum venire vix sentias ?

Quid mussitas ? Quid moraris ? Ipsæ tuum mihi videntur adventum reptiles cochleæ cum domibus nativis antecessuræ. Est præterea tibi copiosissima penus aggeratis opipare referta deliciis , modo sit eventilando par animus impendio. Quid multa ? Veni ut aut pascaris , aut pascas ; imo , quod gratius , ut utrumque. Veni cum mediterraneo instructu ad debellandos subjugandosque istos Medulicæ supellectilis epulones. Hic Aturricus piscis Garumnicis mugilibus insultet ; hic ad copias Lapurdensium locustarum cedat vilium turba cancerorum. Tu tametsi cæteris eris in hoc genere pugnandi dimicaturus , si quid meo judicio censes acquiesendum , neque enim injustum est credere experto , senatorem nostrum , hospitem meum , conflictui huic facies exsortem ; cuius si convivio tectoque succedas , dapes Cleopaticas et loca lautia putas. Nam quamvis

reflux ; ils iront non-seulement avec une flotte , mais encore avec un fleuve. Alors , les rameurs assis sur leurs bancs , les pilotes au milieu des banderolles , chanteront en chœur tes louanges. Tu trouveras dans le vaisseau un lit délicat et mou , un damier avec ses dames de deux couleurs , des dés qui rouleront souvent sur les degrés de leurs cornets d'ivoire , et , de peur que tes pieds pendans ne soient mouillés en la sentine mouvante , le ventre creux du navire sera couvert d'un pont fait avec des planches de sapin ; un berceau de treillis , placé sur ta tête , pourra te garantir du serein dangereux de cette saison. Que peut-on donner de plus à la délicatesse d'un ami paresseux ? Tu seras arrivé , qu'à peine auras-tu pensé que tu voyages.

Que tardes-tu ? qui te retient ? Les escargots rampans te devanceraient , ce me semble , avec leur maison native. Tu as de riches et excellentes provisions , que tu dois te décider à sacrifier. Qu'ajouter de plus ? Viens te régaler , ou nous régaler nous-mêmes ; viens , ce qui nous sera plus agréable , faire l'un et l'autre. Abondamment pourvu de ce que ton pays produit de meilleur , viens triompher de nos gourmands qui recherchent les choses délicates du Médoc ; que le poisson de l'Adour insulte ici aux mullets de la Garonne , et que la tourbe des vils crabes le cède aux nombreuses langoustes de Bayonne. Quoique tu puisses facilement te mesurer avec tous les autres dans ce genre de combat , néanmoins , si tu veux suivre mon conseil , et il serait injuste de n'en pas croire mon expérience , tu n'admettras pas à cette lutte le sénateur chez lequel ma demeure est établie. Lorsqu'on est reçu chez lui et à sa table , on y remarque des mets plus exquis que ceux que l'on servait à Cléopâtre , et un luxe plein de magnificence. Quoique notre sénateur et sa patrie se

super hoc studio tam ipse quam patria confligant ,
olim lata sententia est , quod ille transeat cæteros
cives , licet et illa cæteras civitates . Vale .

EPISTOLA XIII.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ NONNECHIO SALUTEM.

MULTA in te genera virtutum , Papa beatissime ,
munere superno congesta gaudemus . Siquidem agere
narraris sine superbia nobilem , sine invidia poten-
tem , sine superstitione religiosum , sine jactantia
litteratum , sine ineptia gravem , sine studio face-
tum , sine asperitate constantem , sine popularitate
communem . Præterea iis hoc præstantissimum bonis
fama superaggerat , quod te asserit hasce tot gratias
fastigatissimæ caritatis arce transcendere ; fama ,
inquam , quæ de laudibus tuis cum canat multa ,
plus reticet . Nam longius constitutis actionum tua-
rum propositum potest assignare , non numerum .
Quarum relatione succensus , ultro primus , ut
longe inferiorem decet , ad solvenda officia procurro ,
nec vereor garrulitatis aliquando argui , qui potui
taciturnitatis hucusque culpari .

distinguent dans ce genre de goûts, il a été néanmoins décidé, autrefois, qu'il l'emporte autant sur ses concitoyens en somptuosité, que sa ville l'emporte sur les autres villes du monde. Adieu,

LETTRE XIII.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE NONNECHIUS , SALUT.

Nous nous réjouissons , bienheureux Pape , de ce que la munificence d'en haut a réuni en toi divers genres de vertu; car tu es , dit-on , noble sans orgueil , grand sans être haï , religieux sans superstition , lettré sans jactance , grave sans ineptie , facétieux sans recherche , ferme sans raideur , affable sans trop de familiarité. La renommée vient ajouter à cela quelque chose de plus merveilleux , en assurant que ces heureuses qualités sont encore surpassées en toi par l'ardeur de la plus tendre charité ; la renommée , dis-je , qui , même en publiant tes louanges , est bien loin de tout dire , car elle peut faire connaître aux absens le but de tes belles actions , mais elle ne saurait en révéler le nombre. Emerveillé au récit de ces actions , je viens le premier , comme il est de l'obligation d'un inférieur , te rendre mes devoirs , et je ne crains pas qu'on m'accuse jamais de parler trop cette fois , si l'on a pu jusqu'à présent me faire un crime de mon silence.

Commendo Promotum gerulum litterarum , nobis quidem jam ante cognitum , sed nostrum nuper effectum vestris orationibus contribulem ; qui cum sit gente Judæus , fide tamen præelegit censeri Israelita , quam sanguine , et municipatum coelestis illius civitatis affectans , occidentemque litteram spiritu vivificante fastidiens , pariter hinc justis præmia proposita contemplans , hinc , nisi faceret ad Christum de circumcitione transfugium , prævidens sese per æterna secula æquiterna supplicia passurum , patriam sibi maluit Jerusalem potius quam Jerosolymam computari. Quibus agnitis , adventantem Abrahæ nunc filium veriorem maternis ulnis spiritualis Sara suscipiat. Namque ad Agar ancillam pertinere tunc desiit , cum legali observantiæ servitutem gratiæ libertate mutavit.

De cætero , quæ ipsi fuerit isto causa veniendi , præsentaneo conducibilius idem poterit explicare memoratu. Nobis vero propter quæ supra scripsi carissimus habetur ; quod eo signifco , quia is efficacissime quemque commendat , qui meras causas justæ commendationis aperuerit. Memor nostri esse dignare , domine Papa.

Je te recommande le porteur de ma lettre , Promotus , qui nous est connu depuis long-temps , et que nos prières viennent de faire entrer dans notre tribu ; il est Juif de nation , mais il a mieux aimé être Israélite par la foi que par le sang ; ambitionnant le droit de cité dans la ville céleste , et méprisant la lettre qui tue pour l'esprit qui vivifie , contemplant d'un côté les récompenses destinées aux justes , prévoyant d'autre part que s'il ne devenait transfuge et ne passait de la circoncision au Christ , il aurait à souffrir durant des siècles éternels des supplices éternels aussi , il a préféré pour patrie la Jérusalem d'en haut à la Jérusalem terrestre . Puisqu'il en est ainsi , que la Sara spirituelle accueille dans une maternelle étreinte un enfant qui est plus véritablement aujourd'hui fils d'Abraham . Il a cessé d'appartenir à l'esclave Agar , lorsqu'il a échangé contre la liberté de la grâce la servitude de l'observance légale .

Au reste , le motif de son voyage , Promotus pourra te l'expliquer de vive voix d'une manière plus utile . Il m'est très-cher à moi , pour les raisons que j'ai apportées , et je dis cela , parce que l'on recommande efficacement quelqu'un , lorsqu'on ne met en avant que de justes motifs de recommandation . Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape .

EPISTOLA XIV.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ PRINCIPIO SALUTEM.

JAM diu nobis , Papa venerabilis , etsi neendum vester vultus adspectus , tamen actus inspectus est. Namque sanctorum diffusa laus meritorum stringi spatiis non est contenta finalibus. Hinc est quod , quia bonæ conscientiæ modus non ponitur , nec bonæ opinioni terminus invenitur. Quæ loquor , falsa censete , nisi professioni meæ competens adstipulator accesserit , satis in illo quondam cœnobio Lirinensi spectabile caput , Luporum concellita Maximorumque , et parcimoniæ saltibus consequi affectans Memphiticos et Palestinos archimandritas. Is est episcopus Antiolius , cuius relatu , qui pater vobis , quique qualesque vos fratres , qua morum prærogativa pontificatu maximo ambo fungamini , sollicitus cognoscere studui et gaudens cognovisse me memini. Cui patri quondam videlicet vos habenti , vix domus Aaron pontificis antiqui merito compararetur ; quem licet primum , in medio plebis eremitidis , sanctificationis oleo legiferi fratris dextra perfuderit , filios ejus in similis officii munia vocans ,

LETTRE XIV.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE PRINCIPIUS , SALUT.

DEPUIS long-temps, Pape vénérable, quoique je ne vous connaisse pas de visage, vos actions néanmoins me sont connues ; car, une fois que le mérite de la vertu a percé, il ne saurait être resserré en de certaines limites. De là vient que si la bonne conscience n'a pas de bornes assignées , la bonne renommée non plus ne trouve pas de limites. Ce que je dis , regardez-le comme une fausseté , si mes paroles ne sont pas appuyées du noble témoignage d'un homme distingué , venu du monastère de Lerins , d'un compagnon des Lupus et des Maximus , d'un homme qui aspire à égaler en austérité les archimandrites de Memphis et de Palestine. Je veux parler de l'évêque Antiolius ; c'est de lui que j'ai cherché avec empressement à apprendre , c'est de lui que je me rappelle avoir appris avec joie quel digne père vous avez , quels dignes frères vous êtes vous-mêmes , et quelle pureté de vie vous apportez tous deux dans l'exercice des hautes fonctions de l'épiscopat. Lorsque vous vous trouviez auprès de ce père , sa maison l'emportait de beaucoup sur celle de l'antique pontife Aaron ; celui-ci , au milieu d'un peuple errant dans la solitude , reçut bien l'huile de sanctification de la main de son frère législateur , qui appelait ses fils

tamen ipsius super Ithamar et Eleazaro felicitatem , Nadab et Abiu fulminibus afflati decoloravere ; quorum quamlibet interemporum credamus absol- vendas animas , punitas tamen scimus esse personas.

Vos vero tacturi paginam altaris , nihil , ut audio , offertis ignis alieni , sed comitantibus victimis caritatis castitatisque , fragrantissimum incensum thuribulis cordis adoletis. Ad hoc , quoties jugum legis cervicibus superbientium per vincula prædicationis adstringitis , tunc Deo tauros spiritualiter immolatis. Quoties conscientiæ luxuriantis fœtore pollutos ad suaveolentiam pudicitiae stimulis correctionis impellitis , hircorum vos obtulisse virulentiam Christus sibi computat. Quoties hortantibus vobis in quocumque compuncto culpas suas anima poenaliter recordata suspirat , quis vos ambigat paria turtrum , aut binos pullos columbarum , qui duplicum substantiam utriusque hominis nostri , tam numero quam gemitu assignant mystico litasse sacrificio ? Quoties vestro monitu obesum quicumque corpus , æstuantemque turgidi ventris arvinam , crebro jejuniorum decoquendus igne torruerit , nulli dubium est vos tunc similam frixam in quadam continentiae sartagine consecraturos. Quoties aliquem mentis perfidiae figmenta ponentem , sanam respondere doctrinam , fidem credere , viam tenere , vitam sperare suadetis , quis vos dubitet in hujus emendatione conversi , qui jam sit liber ab haeresi , liber ab hypocrisi , liber ab schismate , purgatissimum propositionis panem , cum sinceritatis et veritatis azymis

à remplir les mêmes fonctions ; mais le bonheur que lui donnaient Ithamar et Eléazar fut empoisonné par Nadab et Abiu, frappés de la foudre , et dont les corps , nous ne l'ignorons pas , furent punis , quand même il faudrait croire que leurs ames sont sauvées.

Quant à vous , lorsque vous mettez la main sur l'autel , vous n'offrez pas , je le sais bien , un feu étranger , mais avec la charité et la chasteté pour victimes , vous faites brûler dans vos cœurs , comme en des encensoirs , les parfums les plus odorans. En outre , toutes les fois que par les liens de la prédication vous attachez le joug de la loi sur la tête des hommes rebelles et superbes , vous immolez alors spirituellement des taureaux au seigneur. Toutes les fois que , par les aiguillons d'une réprimande chrétienne , vous ramenez aux suaves odeurs de la pureté des hommes souillés dans la fange d'une conscience luxurieuse , vous faites au Christ , avec la puanteur des boucs , un sacrifice qu'il sait trouver agréable. Toutes les fois que , par vos exhortations , une ame contrite et repentante soupire , à la pensée de ses fautes , nul doute alors que vous n'offriez mystiquement une couple de tourtereaux ou deux petits de colombes , qui , par le nombre comme par les gémissements , représentent la double substance de notre nature. Toutes les fois que , d'après vos avertissements , un homme quelconque vient à consumer dans les ardeurs des jeûnes fréquens l'èmbonpoint de son corps et l'obésité monstrueuse de son ventre , nul doute alors que vous ne consaciez en quelque sorte sur l'autel de la continence la fleur de farine la plus pure. Toutes les fois que par vos conseils vous amenez un homme à renoncer aux aberrations d'un esprit égaré , et à professer une saine doctrine , à embrasser la foi , à suivre le droit chemin , à espérer la vie , nul doute alors que , dans

dedicaturos ? Postremo quis nesciat , quidquid Legis diebus figuraliter immolabatur in corporibus , quod totum id gratiae tempore manifeste vos offeratis in moribus ? Atque ideo grates uberes Deo refero , quod , secundum vestræ paginæ qualitatem , facile agnosco antistitem suprafatum de vobis cum magna dixerit , majora tacuisse . Quapropter nemo dubitaverit , qui bonus es cum indicaris , et melior cum legeris , esse te optimum cum videris .

Megetius clericus , vestri gerulus eloquii , rebus ex sententia gestis , quia tuorum apicum detulit munera , meorum reportat obsequia ; quem saltem juvimus voto , quia re forsitan non valemus ; per quem obsecro impense , ut sitim nostram frequenter litteris litteratis , ambo germani , tu frequentius , irrigetis . Sed si difficultas itineris intersiti resultat optatis , vel aliquoties pro supplicibus supplicate . Majus est autem si nobis tribuere dignemini raris intercessionibus salutem , quam si crebris affatibus dignitatem . Memor nostri esse dignare , domine Papa .

l'amendement et la conversion de cet homme qui se trouve dégagé de l'hérésie , dégagé de l'hypocrisie , dégagé du schisme , vous ne présentiez au Seigneur le pain le plus pur de proposition avec les azymes de sincérité et de vérité. Enfin , qui donc peut ignorer que tout ce qui s'immolait en figure dans les corps au jour de la loi , vous l'offrez en réalité dans les mœurs au jour de la grâce ? Voilà pourquoi j'adresse à Dieu de vifs remercimens , parce que , d'après la teneur de votre lettre , je reconnaiss sans peine que le pontife dont j'ai déjà parlé , s'il m'a dit de vous de grandes choses , m'en a caché de plus grandes encore. L'on ne saurait douter que , si tu sembles bon lorsqu'on parle de toi , que si tu es meilleur lorsqu'on te lit , tu ne sois excellent lorsqu'on te voit.

Le clerc Mégétius , porteur de votre éloquente lettre , après que tout a réussi selon ses vœux , te rapporte l'expression de nos respects , de même qu'il m'a apporté ta précieuse lettre ; mes vœux du moins sont pour lui , si je ne peux le servir efficacement. Je vous supplie instantanément de vouloir bien , par la voie de Mégétius , assouvir la soif que j'ai de vos admirables lettres , et m'écrire souvent , vous et votre frère , mais vous plus souvent. Si la difficulté des chemins et la distance des lieux s'opposent à l'accomplissement de mes désirs , priez du moins quelquefois pour ceux qui vous demandent vos prières. J'aime mieux que vous coopériez à mon salut , même par de rares intercessions , que si vous m'honoriez de fréquens entretiens. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

EPISTOLA XV.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ PROSPERO SALUTEM.

DUM laudibus summis sanctum Anianum , maximum consummatissimumque pontificem , Lupo parem , Germanoque non imparem , vis celebrari , fideliumque desideras pectoribus infigi viri talis ac tanti mores , merita , virtutes , cui etiam illud non absque justitia gloriæ datur , quod te successore decessit , exegeras mihi ut promitterem tibi Attilæ bellum stylo me posteris intimaturum , quo videlicet Aurelianensis urbis obsidio , oppugnatio , irruptio , nec direptio , et illa vulgata exauditi coelitus sacerdotis vaticinatio continebatur. Cœperam scribere ; sed operis arrepti fasce perspecto , tæduit inchoasse ; propter hoc nullis auribus credidi , quod primum me censore damnaveram. Dabitur , ut spero , precatui tuo , et meritis antistitis summi , quatenus præconio suo sub quacumque et quidem celeri occasione famulemur. Cæterum tu creditor justus , laudabiliter hoc imprudentiæ temerarii debitoris indulseris , ut quod mihi insolubile videtur , tibi quoque videatur inreponibile. Memor nostri esse dignare , domine Papa.

LETTRE XV.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE PROSPER , SALUT.

EN me demandant de célébrer la gloire du saint Anianus, le plus grand et le plus accompli des pontifes , qui est égal à Lupus et qui n'est point inférieur à Germanus; en désirant que je gravasse dans les cœurs des fidèles le souvenir des mœurs si pures, du mérite , des vertus d'un homme si grand et si distingué , et qui peut encore justement se glorifier de t'avoir eu pour successeur , tu m'avais arraché la promesse de transmettre à la postérité le récit de la guerre d'Attila , récit dans lequel je n'aurais oublié ni le siège , ni l'attaque d'Orléans , ni la résistance des citoyens , ni le salut de la ville , ni la célèbre prophétie du prêtre que le ciel exauça. J'avais commencé d'écrire , mais en voyant quelle lourde tâche m'était imposée , je me repentis de ma tentative ; aussi n'ai-je mis personne dans la confidence d'une œuvre que j'avais condamnée d'abord à mon propre tribunal. Je pourrai , je le pense, en considération de tes prières et des vertus de ce grand pontife, écrire son éloge au plus tôt et à la première occasion. Du reste, créancier équitable comme tu l'es , tu voudras bien excuser l'imprudence d'un téméraire débiteur , et , ce qui me paraît à moi une dette insolvable , tu ne croiras pas devoir l'exiger , toi non plus. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

EPISTOLA XVI.

SIDONIUS CONSTANTIO SUO SALUTEM.

SPOPONDERAM Petronio , illustri viro , præsens opusculum paucis mē epistolis expediturum ; cujus auribus non pepercī , dum tuis parco. Malui namque ut illum correctionis labor , te honor editionis ads-
piceret , perveniretque in manus vestras volumen istud alieno periculo , obsequio meo. Peracta pro-
missio est ; nam peritia tua si coactorum in mem-
branas inspiciat signa titulorum , jam copiosum te ,
ni fallor , pulsat exemplar , jam venitur ad margines
umbilicorum , jam tempus est , ut satyricus ait ,
Orestem nostrum vel super terga finiri. Non hic ego
commentitiam Terpsichorem more studii veteris ad-
scivi , nec juxta scaturiginem fontis Aganippici , per
roscidas rīpas et pumices muscidos stylum traxi.
Atque utinam hic nil molle , nil fluidum , nil de
triviis compitalibus mutuatum reperiretur ! Siqui-
dem maturo , ut es ipse , lectori , non tantum dictio
exossis , tenera , delumbis , quantum vetuscula , to-
rosa et quasi mascula placet.

LETTRÉ XVI.

SIDONIUS A SON CHER CONSTANTIUS , SALUT.

J'AVAIS promis à l'illustre Pétronius de terminer en quelques lettres le présent opuscule , et je n'ai pas mé-nagé ses oreilles délicates , en ménageant les tiennes ; car j'ai voulu que toute la peine de la révision fût pour lui , que l'honneur de la publication fût pour toi , et que ce volume arrivât dans tes mains comme un hom-mage de ma part , tandis qu'un autre aurait la peine de le corriger. Ma promesse est remplie ; si ton habileté considère les lignes des titres jetés sur les membranes , tu verras , je pense , que l'exemplaire est abondamment rempli , que nous touchons à l'umbilicus , et qu'il est temps , comme dit le satirique , de terminer notre Oreste écrit des deux côtés. Ici , je n'ai point à mon secours , comme les écrivains anciens , une fabuleuse Terpsichore , et je n'ai point promené mon style sur les fraîches rives , sur les pierres mousseuses de la fontaine Aganippique. Et plût à Dieu qu'on ne trouvât , dans ces pages , rien de mou , de flasque , de bas ou de trivial ! Car , à un lec-teur mûr comme tu l'es , c'est moins une diction dé-charnée , sans force , sans vigueur , qui plaît , qu'une dic-tion un peu antique , nerveuse et mâle , en quelque sorte.

Sed reserventur ista potioribus ; mihi sufficit ; si cito ignoscas, quod sumus tardi. Præterea si vir illustris aliquid insuper ampliuscule scribi deponeret, in moras grandes incidissemus. Nam per armariola et zotheculas nostras non remanserunt digna prolatu. Unde cognosce, quod, etsi tacere necdum coepimus, certe taciturnire jam deliberavimus duplice ex causa : ut si placemus, pauca lecturis incitent voluptatem ; si refutamur, non excitent multa fastidium, quippe in hoc stylo cui non urbanus lepos inest, sed pagana simplicitas. Unde enim nobis illud loquendi tetricum genus ac perantiquum ? Unde illa verba Saliaria, vel Sibyllina, vel Sabinis abusque Curibus accita, quæ magistris plerumque reticentibus promptius Fecialis aliquis aut Flamen, aut veternosus legalium quæstionum ænigmatista patefecerit ? Nos opuscula sermone edidimus arido, exili certe maxima ex parte vulgato ; cuius hinc honor rarus, quod frequens usus ; hinc difficilis gratia, quia facilis inventio est. Sane profiteor audenter, sicut istic nil acre, nil eloquens, ita nihil inditum, non absolutum, non ab exemplo. Sed quid hæc pluribus ? Dictio mea, quod mihi sufficit, placet amicis. In quibus tamen utrumque complector, sive non fallunt examine, seu caritate falluntur, Deumque, quod restat, in posterum quæso, ut secuturi aut fallantur similiter, aut censeant. Vale.

Etsi plusculum forte discreta, quam communis animus optabat, sede consistimus, non tamen medii itineris objectu, quantum ad solvendum spectat officium, nostra sedulitas impediretur, nisi per regna divisi, a commercio frequentioris sermonis diversarum sortium jure revocaremur; quæ nunc saltem, post pacis initam pactionem, quia fidelibus animis foederabuntur, apices nostri incipient commeare crebri, quoniam cessant esse suspecti. Proinde, domine Papa, cum sacrosanctis fratribus vestris pariter Christo supplicaturas jungite preces, ut dignatus

le calice d'amertume d'ici-bas. Il n'y a pas de milieu, qui conque veut obtenir le royaume d'un médiateur qui es-suya les mépris, doit suivre son exemple. Si profonde que soit la coupe de douleurs que nous offre la vie présente , nous souffrons peu de chose , quand nous nous rappelons ce qu'il a bu sur le gibet , celui qui nous appelle au ciel. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRÉ V.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE JULIANUS, SALUT.

QUOIQUE nos sièges soient un peu plus éloignés que nous ne souhaiterions l'un et l'autre , notre correspondance , toutefois, et nos rapports d'amitié, n'auraient pas à souffrir de la distance qui nous sépare , si , vivant sous des lois différentes , nous ne trouvions un obstacle à un échange de lettres plus fréquentes , dans l'attitude respective des souverains. Maintenant , du moins , qu'on en est venu à des conditions de paix , et qu'ils s'unissent par une sincère alliance , nos lettres pourront se succéder plus nombreuses , puisqu'elles cesseront d'être suspectes. Ainsi donc , seigneur Pape , de concert avec vos saints frères , adressez de vives prières au Christ , afin que dai-

prosperare quæ gerimus , nostrique dominii tempe-
rans lites , arma compescens , illos muneretur inno-
centia , nos quiete , totos securitate. Memor nostri
esse dignare , domine Papa.

EPISTOLA VI.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ AMBROSIO SALUTEM.

VIGUIT pro dilectissimo nostro (quid loquar no-
men , personam? tu recognoscet cuncta) apud Chris-
tum tua sanctitas intercessionis effectu , de cuius fa-
cilitate juvenili sæpe , nunc arbitris palam adscitis
conquerebare , nunc tacitus ingemiscebas. Igitur hic,
proxime abrupto contubernio ancillæ propudosissi-
mæ , cui se totum consuetudine obscena junctus
addixerat , patrimonio , posteris , famæ , subita sui
correctione consuluit. Namque per rei familiaris
damna vacuatus , ut primum intelligere cœpit , et
retractare quantum de bonusculis avitis paternisque
sumptuositas domesticæ charybdis abligurisset ,
quanquam sero resipiscens , attamen tandem veluti
frenos momordit excussitque cervices , atque Ulys-
seas , ut ferunt , ceras auribus figens , fugit , adver-
sum vitia surdus , meretricii blandimenta naufragii ,
puellamque , prout decuit , intactam vir laudandus

gnant faire prospérer nos entreprises , assoupir les querelles de nos princes, mettre fin à leurs luttes, il leur donne à eux des intentions pacifiques , à nous le repos , à tous la sécurité. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRE VI.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE AMBROSII , SALUT.

TA sainteté s'est trouvée toute-puissante dans ses intercessions auprès du Christ, pour notre bien-aimé (à quoi bon dire son nom, indiquer sa personne ? tu me comprends suffisamment), pour notre bien-aimé dont souvent tu déplorais les écarts de jeunesse , tantôt en présence d'un petit nombre d'amis, tantôt dans le secret de ton ame. Il vient donc de se séparer brusquement de cette esclave éhontée , à laquelle une honteuse habitude l'enchaînait tout entier , et , par ce changement soudain, il a consulté les intérêts de son patrimoine , de ses descendants, de sa réputation. Après avoir beaucoup dissipé de ses biens, lorsqu'une fois il s'est mis à résécher , et qu'il a vu tout ce que le luxe de ce gouffre domestique avait englouti du modeste héritage de ses aïeux et de son père , revenu enfin à lui-même , quoique un peu tard , il a , pour ainsi dire , mordu le frein, secoué la tête , puis se bouchant , comme Ulysse , les oreilles avec de la cire , il a été sourd à la voix flatteuse du crime , il a pu échapper au séduisant naufrage de la

in matrimonium assumpsit , tam moribus natalibusque summatem , quam facultatis principalis. Esset quidem gloria , si voluptates sic reliquisset , ut nec uxori conjugaretur ; sed , etsi forte contingat ad bonos mores ab errore migrare , paucorum est incipere de maximis , et eos qui diu totum indulserint sibi , protinus totum et pariter incidere.

Quocirca vestrum est , copulatis obtinere quamprimum prece sedula spem liberorum ; et post consequens erit ut , filio uno alterove susceptis (et nimis dixi) , abstineat de cætero licitis , qui illicita præsumpsit. Namque et conjuges ipsi , quanquam nupti nuper , iis moribus agunt ac verecundia , vere ut agnoscas , si semel videris , plurimum esse quod differat ille honestissimus uxorius amor , figuris illecebrisque concubinalibus. Memor nostri esse dignare , domine Papa.

LETTRE VII.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ REMIGIO SALUTEM.

QUIDAM ab Arvernis Belgicam petens (persona mihi cognita est, causa ignota, nec refert), postquam Remos advenerat , scribam tuum , seu bibliopolam ,

volupté , et s'est uni sagement, en mariage , à une jeune fille honnête , non moins recommandable par sa vertu et sa naissance que par sa fortune. Sans doute , il y aurait eu pour lui plus de gloire à renoncer aux voluptés , sans prendre une épouse ; mais , en passant du vice à la vertu , il est assez rare que l'on commence par les choses les plus louables , et que l'on se retranche absolument tout , quand on s'est tout permis.

Vous deveç donc , par vos prières assidues , obtenir à ces deux époux l'espérance d'avoir un ou deux enfans , c'est trop dire peut-être ; et , après cela , il pourra désormais se priver des plaisirs même licites , celui qui s'est permis des plaisirs illicites ; car ces deux époux , quoique unis depuis peu , se conduisent avec tant de pudeur et de modestie , qu'à les voir une fois , l'on remarque sans peine tout l'intervalle qui sépare un amour honnête et conjugal , d'avec les charmes trompeurs du concubinage. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRE VII.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE REMIGIUS , SALUT.

UN de nos citoyens est allé dans la Belgique ; je connais cet homme , j'ignore les motifs du voyage , ce qui , du reste , n'importe guère ; arrivé à Rheims , il gagna tel-

pretio fors fuat officiove demeritum , copiosissimo ,
velis nolis, declamationum tuarum schedio emunxit.
Qui redux nobis atque oppido gloriabundus, quippe
perceptis tot voluminibus , quidquid detulerat ,
quanquam mercari paratis , quod tamen utilius ,
nec erat injustum , pro munere, ingessit. Curæ mihi
e vestigio fuit, iisque qui student, cum merito lec-
turiremus , plurima tenere , cuncta transcribere.
Omnium assensu pronuntiatum , pauca nunc posse
similia dictari. Etenim rarus aut nullus est , cui me-
ditaturo par assistat dispositio per causas , positio
per litteras, compositio per syllabas. Ad hoc oppor-
tunitas in exemplis , fides in testimoniiis , proprietas
in epithetis , urbanitas in figuris , virtus in argu-
mentis , pondus in sensibus , flumen in verbis , ful-
men in clausulis. Structura vero fortis et firma , con-
junctionumque perfacetarum nexa cæsuris insolubi-
libus ; sed nec hinc minus lubrica et lævis ac modis
omnibus erotundata, quæque lectoris linguam in-
offensam decenter expediat , ne salebrosas passa
juncturas , per cameram palati volutata balbutiat.
Tota denique liquida prorsus et ductilis , veluti cum
crystallinas crustas aut onychintinas non impacto di-
gitus ungue perlabitur ; quippe si nihil eum rimosis
obicibus exceptum , tenax fractura remoretur. Quid
plura ? Non exstat ad præsens vivi hominis oratio ,
quam peritia tua non sine labore transgredi queat
ac supervadere.

Unde et prope suspicor , domine Papa , propter

lement ton copiste ou ton libraire , soit par argent , soit par amitié , qu'il en obtint , bon gré mal gré , un exemplaire complet de tes *Déclamations*. De retour chez nous , et tout fier d'une aussi riche collection de volumes , quoique nous fussions disposés à les acheter , il nous en fit présent , ce qui , du reste , valait bien mieux et n'était point injuste. Nous nous empressâmes aussitôt , moi et tous ceux qui cultivaient les lettres , épris de cette lecture , d'en apprendre par cœur la plus grande partie , de transcrire le tout. Nous prononçâmes unanimement que peu de personnes aujourd'hui pourraient écrire de la sorte. Et de fait , il y a fort peu d'orateurs , peut-être n'en est-il point qui sache si bien prendre son sujet , qui l'arrange , qui le compose avec tant d'art. On remarque ensuite qu'il y a de la justesse dans les exemples , de la fidélité dans les citations , de la propriété dans les épithètes , de l'élegance dans les figures , du poids dans les preuves , de la force dans les pensées ; de l'abondance dans les paroles , c'est un fleuve qui coule ; de la véhémence dans les proraisons , c'est une foudre qui frappe. La structure du discours est vigoureuse , ferme , unie par des liens puissans , par d'heureuses transitions , sans être pour cela moins coulante , moins polie , moins harmonieusement arrangée ; tes mots se prêtent avec tant de grâce à la langue du lecteur , qu'elle n'est jamais arrêtée par des expressions raboteuses , et qu'elle roule dans le palais sans jamais balbutier. Ta phrase , souple et coulante , ressemble à la surface d'un cristal ou d'une cornaline qui laisse glisser le doigt sans que l'ongle soit retardé par le plus léger obstacle , par la moindre gercure. Qu'ajouter encore ? Il n'est point d'orateur , aujourd'hui , que ton habileté ne puisse dépasser et vaincre aisément.

C'est pourquoi , je crains presque , seigneur Pape , que

eloquium exundans atque ineffabile , venia sit dicto, te superbire. Sed licet bono fulgeas ut conscientiae, sic dictionis ordinatissimae, nos tibi tamen minime sumus refugiendi, qui bene scripta laudamus, etsi laudanda non scribimus. Quocirca desine in posterum nostra declinare judicia , quae nil mordax nihilque minantur increpatorium. Alioquin, si distuleris nostram sterilitatem facundis secundare colloquiis , aucupabimur nundinas involantum , et ultro scrinia tua conniventibus nobis ac subornantibus, effractorum manus arguta populabitur, inchoabisque tunc frustra moveri, spoliatus furto , si nunc rogatus non moveris officio. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

EPISTOLA VIII.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ PRINCIPIO SALUTEM.

QUANQUAM nobis non opinantibus , desiderantibus tamen , litteras tuas reddidit gerulus antiquus , idoneus inventus , cui jure repetita credantur officia , quandoquidem prima sic detulit. Igitur affatu secundo , vel potius benedictione donatus, ipse quoque

le don ineffable d'une aussi rare éloquence ne t'inspire de l'orgueil , pardonne-moi le terme. Mais, quoique tu aies la conscience aussi pure que la diction, tu ne dois pas nous mépriser; nous savons louer ce qui est bien écrit , si nous n'écrivons pas des choses dignes d'être louées. Cesse donc à l'avenir de dédaigner nos jugemens , car ils n'ont rien de malin , rien de satirique. Mais si tu diffères de féconder notre stérilité par tes éloquens entretiens , nous épierons les marchés des voleurs ; à notre su , à notre instigation , la main rusée des larrons ira de force ouverte saccager tes portefeuilles , et alors , mais inutilement , tu seras sensible à ce larcin , si tu ne l'es pas aujourd'hui à nos prières et à nos politesses. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRE VIII.

XI AOUT 1818

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE PRINCIPIUS , SALUT.

TA lettre , que nous étions loin d'attendre , que nous désirions cependant , nous a été remise par le porteur habituel , qui s'est montré digne d'exercer souvent un tel emploi, puisqu'il s'en est acquitté si bien jusqu'à présent. Gratifié d'une seconde lettre , ou plutôt d'une seconde bénédiction , je te salue aussi de nouveau , propor-

repedo alterum salve, obsequia combinans numeris
æquata, non meritis. Et quia, domine Papa, modo
vivimus junctis abjunctisque regionibus, conspecti-
busque mutuis frui dissociatæ situ habitationis in-
hibemur, orate ut optabili religiosoque decessu
vitæ præsentis angoribus atque onere perfuncti, cum
judicii dies sanctus obfulserit, cum resurrectione
agminibus vestris famulaturi vel sub Gabaoniticæ
servitutis occasione jungamur; quia secundum pro-
missa cœlestia, quæ spöonderunt filios Dei de na-
tionibus congregandos, si nos reos venia soletur,
dum vos beatos gloria manet, etsi per actionum dif-
ferentiam, non tamen per locorum distantiam divi-
demur. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

EPISTOLA IX.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ FAUSTO SALUTEM.

LONGUM tacere, vir sacratissime, nos in commune
deuestus es; cognosco vestræ partis hinc studium,
nostræ reatum non recognosco. Namque jampridem
jussus garrire, non silui istas litteris antecurrenti-

tionnant mes respects au nombre de tes lettres , sans pouvoir les égaler à tes mérites. Comme nous vivons , seigneur Pape , en des régions unies tout à la fois et séparées , et que cet éloignement nous empêche de jouir de notre présence réciproque , demandez en vos prières que délivrés , par un trépas désirable et pieux , des misères et du fardeau de cette vie , nous puissions , lorsque brillerà le jour sacré du jugement , être placés à votre suite , après la résurrection , même en une servitude semblable à celle des Gabaonites ; car , suivant les célestes promesses , qui assurent que les enfans de la foi seront réunis de toutes les nations , pourvu que moi , coupable , j'obtienne le pardon , tandis qu'à vous , bienheureux , la gloire vous est assurée , si nous sommes séparés par la différence des mérites , nous ne le serons pas néanmoins par la distance des lieux. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRE IX.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE FAUSTUS , SALUT.

Tu te plains souvent , très-saint personnage , du long silence que je garde ; je reconnais ici votre amitié , mais je n'avoue pas qu'il y ait faute de ma part. Vous m'aviez ordonné déjà de vous écrire , je vous ai obéi et vous ai

bus ; quibus etiam recensendis , cum Reios adven-
rant , qui tunc Aptæ fuitis , aptissime defuistis ; id-
que votivum mihi granditer fuit ac peroptatum , ut
epistola injuncta nec negaretur scripta amicitiæ ,
nec subderetur lecta censuræ . Ista omittamus . Mitti
paginam copiosam denuo jubes . Parere properanti
adsunt vota , causæ absunt . Nam salutatio , nisi ne-
gotium aliquod activa deportet materia , succincta
est ; quam qui porrigit verbis non necessariis , a re-
gula Sallustiani tramitis detortus exorbitat , qui Ca-
tilinam culpat habuisse satis loquentiæ , sapientiæ
parum . Unde , ave dicto , mox yale dicimus , orate
pro nobis .

Sed bene est , bene est , quia chartulam jamjamque
complicaturo res fortis occurrit , de qua exprobranda ,
si diutius vel lætitia sese mea , vel ira cohibuerit ,
ipse me accepta dignum contumelia judicabo . Ve-
nisti , magister , in manus meas , nec exulto tantum ,
verum insulto , venisti , et quidem talis , qualem ab
hinc longo jamdiu tempore desideria nostra præsto-
labantur . Dubito sane utrum et invitus , at certe si-
milis invito , quippe quo providente , vel , si tamen
hoc nimis abnusis , acquiescente , sim tuis libris in-
salutatus , iisque , quod multo est injuriosius , terri-
torium Arvernū cum præterirent , non solum mœ-
nia mea , verum etiam latera radentibus . An verebare
ne tuis dictis invideremus ? Sed , Dei indultu , vitio
nulli minus addicimur ; cui si ita ut cæteris a mea
parte subjaceretur , sic quoque auferret congrediendi
æmulationem desperatio consequendi . An superci-

envoyé une lettre ayant celle que vous tenez ; et lorsqu'elle est arrivée à Riez , vous n'avez pu la lire, puisque vous étiez pour lors à Apt. Je désirais grandement ne pas refuser d'écrire à mon ami la lettre qu'il avait demandée, mais je désirais aussi qu'elle ne fût point soumise à la censure. Ne parlons plus de cela. Tu m'ordonnes d'chef de t'envoyer une lettre bien pleine ; je serais jaloux de me rendre à tes vœux , mais le sujet me manque , et toute lettre qui n'offre rien d'important doit être succincte ; lui donner de l'étendue par des paroles inutiles , c'est perdre de vue la règle de Salluste , qui blâme Catilina d'avoir beaucoup de verbiage et peu de profondeur; Ainsi , après vous avoir dit bonjour , je vous dis aussitôt adieu , priez pour nous.

Mais voici , voici qui est bien. Au moment où j'allais plier ma lettre , une chose se présente tout-à-coup à mon esprit , et si je pouvais plus long-temps contenir ma joie ou ma colère , si je ne te faisais pas de reproches à cet égard , je me croirais digne de l'affront que j'ai reçu. Tu es venu en mes mains , ô maître , et je ne me réjouis pas seulement de cela , mais encore je t'adresse mes reproches; oui, tu es venu en mes mains, et je t'ai trouvé tel que depuis long-temps mes désirs te demandaient. J'ignore sans doute si c'est contre ton gré , du moins la chose paraît être telle; car tu as fait en sorte , ou si tu aimes mieux , tu as permis que je ne fusse pas salué par tes livres , et , ce qui est plus injurieux , lorsqu'en traversant le territoire des Arvernes, non-seulement ils touchaient mes murs , mais encore me coudoyaient en quelque façon. Craignais-tu que ton ouvrage n'excitât ma jalou sie ? Dieu merci , je ne suis sujet à rien moins qu'à un tel vice. Fussé-je l'esclave de ce défaut comme de tant d'autres , le désespoir de t'égaler m'ôterait assurément

lium tanquam difficilis ac rigidi plosoris extimescebas? Et quænam est cuiquam peritiæ cervix tanta, quive hydrops, ut etiam tepida vestra non ferventissimis laudibus prosequatur? An ideo me fastidendum negligendumque curasti, quia contemneres ju niorem? quod parum credo. An quia indoctum? quod magis fero, ita tamen ut qui dicere ignorem, non et audire; quia et qui circensibus ludis absfuerunt, sententiam de curribus non ferunt. An aliquo casu dissidebamus, ut putaremur iis libellis quos edidissetis derogaturi? Atqui, præsule Deo, tenues nobis esse amicitias nec inimici fingere queunt.

Ista quorsum? inquis. Ecce jam pando vel quid indagasse me gaudeam, vel quid te celasse succensem. Legi volumina tua quæ Riochatus antistes ac monachus, atque istiusmodi bis peregrinus Britannis tuis pro te reportat, illo jam in præsentiarum Fausto potius qui non senescit, quique viventibus non defuturus post sepulturam, fiet per ipsa quæ scripsit sibi superstes. Hic igitur ipse venerabilis apud oppidum nostrum cum moraretur, donec gentium concitatarum procella defremeret, cuius imaginis hinc et hinc turbo tunc inhorruerat, sic reliqua dona vestra detexit, ut perurbane quæ præstantiora portabat, operuerit, spinas meas illustrare dissimulans tuis floribus. Sed post duos aut iis amplius menses, sic quoque a nobis cito profectum, cum quipiam prodidissent de viatoribus, mysticæ gazæ clausis involucris clam ferre thesauros, pernicibus equis inse-

L'envie de me mesurer avec toi. Est-ce que tu redoutais en moi le jugement d'un censeur difficile et rigide ? Quel est l'homme assez épris de son mérite, assez insensible pour n'applaudir pas avec la plus vive chaleur les endroits mêmes les moins brûlans de tes ouvrages ? As-tu voulu m'oublier et me laisser de côté, par mépris pour ma jeunesse ? Je suis peu disposé à le croire. Me regardes-tu comme un ignorant ? Je consens encore à cela ; toutefois, si je ne sais pas écrire, je sais pourtant écouter, et ceux qui n'ont pas assisté aux jeux du cirque ne se mêlent pas de juger de la course des chars. Etions-nous en contestation sur quelque point, de manière à faire croire que je pouvais censurer ton nouvel ouvrage ? Grâce à Dieu, mes ennemis ne pourraient pas supposer que je suis un inconstant ami.

A quoi bon cela, diras-tu ? — Voici que je te déclare ce que je me réjouis d'avoir découvert, ce que je t'accuse de m'avoir caché. J'ai lu ces livres que Riochatus, prêtre et moine, et par-là doublement pèlerin, porte pour toi à tes Bretons. Il mérite bien, dès à présent, le nom de Faustus (*heureux*) celui qui ne vieillit pas, et qui, sans abandonner les vivans, se survivra à lui-même, après la mort, dans ses écrits. Cet homme vénérable séjournait donc en notre ville, jusqu'à ce que les orages de la guerre fussent apaisés ; car alors un affreux tumulte régnait de toutes parts : il me montra les divers présens que tu lui avais faits, et me cacha du reste très-poliment le plus précieux de tous, ne voulant pas embellir mes épines avec tes fleurs. Au bout de deux ou trois mois, il nous quitta subitement ; quelques voyageurs vinrent me dire qu'il emportait des trésors mystiques soigneusement cachés ; je monte aussitôt sur un cheval rapide, qui pouvait facilement atteindre le fugitif, malgré ce qu'il

cutus abeuntem qui facile possint itineris pridiani
spatia prævertere , osculo in fauces occupati latronis
insilui , humano joco , gestu ferino , veluti si excus-
sura quemcumque catulorum Parthi collo raptoris
pede volatico tigris orbata superemicet . Quid multa ?
capiti hospitis genua complector , jumenta sisto ,
frena ligo , sarcinas solvo , quæsitum volumen in-
venio , produco , lectito , excerpto , maxima ex magnis
capita defrustans . Tribuit et quoddam dictare
celerant scribarum sequacitas saltuosa compendium ,
qui comprehendebant signis , quod litteris non tene-
bant . Quibus lacrymis sane maduerimus mutuo vi-
cissim fletu rigati , tunc cum ab amplexu sæpe repe-
tito separaremur longum est dixisse , nec refert ;
quod triumphali sufficit gaudio , spoliis onustum
caritatis et spiritualis compotem prædæ me do-
mum retuli .

Quæris nunc quid de manubiis meis judicem ;
nollem adhuc prodere , quo diuturnius exspectatione
penderes ; plus me enim ulciscerer , si quod sensi
tacerem . Sed jam nec ipse frustra superbis , utpote
intelligens tibi inesse virtutem sic perorandi , ut lec-
tori tuo seu reluctanti , seu voluntario , vis voluptatis
exudat præconii necessitatem . Proinde accipe quid
super scriptis tuis et injuriam passi censeamus .

Legimus opus operosissimum , multiplex , acre ,
sublime , digestum titulis , exemplisque congestum ,
bipartitum sub dialogi schemate , sub causarum
themate quadripartitum . Scripseras autem plurima
ardenter , plura pompose ; simpliciter ista , nec rus-

avait déjà fait de chemin ; j'atteins mon voleur , je lui saute au cou , je l'embrasse avec une douce plaisanterie mais avec un air farouche , semblable à une tigresse qui se précipite sur le Parthe pour arracher de ses mains ses petits qu'il vient d'enlever. Qu'ajouter encore ? je me jette aux genoux de mon hôte captif , j'arrête son cheval , je m'empare des rênes , j'ouvre son bagage , je trouve le volume précieux , je le prends , je le dévore et j'en extrais de longs chapitres. Des scribes , à qui je dictais en toute hâte , savaient , à l'aide d'abréviations merveilleuses , retracer avec des signes ce qu'ils n'écrivaient pas avec des lettres. Les larmes que nous versâmes l'un et l'autre , les pleurs que nous répandîmes , lorsqu'il fallut nous séparer après des embrassemens réitérés , c'est là ce qu'il serait trop long de dire , et qui n'importe pas. Triomphant de joie , chargé des dépouilles de l'amitié , devenu maître d'un butin spirituel , je revins chez moi.

Veux-tu savoir maintenant ce que je pense de ma conquête ? Je ne voudrais point encore te l'apprendre , pour te laisser plus long-temps en suspens : car ma vengeance serait plus complète , si je te cachais le jugement que j'ai porté. Ce n'est pas sans raison que tu t'enorgueillis : car tu sens bien que tu as un talent d'écrivain capable de forcer ton lecteur charmé à t'applaudir , qu'il le veuille , qu'il ne le veuille pas. Voici donc ce que je pense de tes écrits , même après l'affront que tu m'as fait.

J'ai lu cet ouvrage , fruit de nombreuses veilles , cet ouvrage si plein , si fort , si élevé , si bien divisé , si riche d'exemples , offrant deux parties sous la forme dialogique , et quatre parties sous le rapport des matières. Tu as écrit souvent avec chaleur , plus souvent avec pompe ; avec

tice ; argute illa , nec callide ; gravia mature , pro-
funda sollicite , dubia constanter , argumentosa dis-
putatorie , quædam severe , quæpiam blande , cuncta
moraliter , lecte , potenter , eloquentissime . Itaque per
tanta te genera narrandi toto latissimæ dictationis
campo secutus , nihil in facundia cæterorum , nil in
ingeniis facile perspexi juxta politum . Quæ me vera
sentire satis approbas , cum nec offensus aliter judico .
Denique absentis oratio , quantum opinamur , plus
nequit crescere , nisi forsitan aliquid his addat co-
ram loquentis auctoris vox , manus , motus , pudor
artifex . His igitur animi litterarumque dotibus præ-
ditus , mulierem pulchram , sed illam , Deuteronomio
adstipulante , nubentem , domine Papa , tibi
jugasti ; quam tu adhuc juvenis inter hostiles cons-
picatus catervas , atque illic in acie contrariæ partis
adamatam , nihil per obstantes repulsus præliatores ,
desiderii brachio vincente rapuisti ; philosophiam
scilicet , quæ violenter e numero sacrilegarum artium
exempta , raso capillo superfluæ religionis ac super-
cilio scientiæ secularis , amputatisque pervetustarum
vestium rugis , id est , tristis dialecticæ flexibus falsa
morum et illicita velantibus , mystico amplexu jam
defæcata tecum membra conjunxit . Hæc ab annis ves-
tra jamdudum pedissequa primoribus , hæc tuo lateri
comes inseparabilis , sive in palæstris exercereris
urbanis , sive in abstrusis macerarere solitudinibus ,
hæc Athenæi consors , hæc monasterii , tecum mun-
danæ abdicat , tecum supernas prædicat disciplinas .
Huic copulatum te matrimonio qui lacesiverit , sentiet
Ecclesiæ Christi Platonis academiam militare , teque

simplicité , mais sans être vulgaire ; avec finesse , mais sans être captieux ; tu as traité avec maturité des sujets graves , avec soin des questions profondes , avec fermeté des matières douteuses , avec une solide logique des points contestables ; certaines choses avec une touche sévère , certaines autres avec une touche gracieuse ; tu as su toujours avoir une façon d'écrire morale , judicieuse , puissante , éloquente . Aussi , après t'avoir suivi dans ces différens genres à travers le vaste champ d'une immense composition , je puis assurer n'avoir trouvé chez les autres auteurs , en fait d'éloquence ou de génie , rien qui approche de cette perfection . Tu peux croire que ce jugement est sincère , puisqu'il vient d'un homme offensé . Enfin , le mérite de l'ouvrage ne peut s'élever plus haut , ce me semble , à moins que la voix de l'auteur , son débit , son geste , son maintien , ne viennent y ajouter quelque chose . Riche de ces qualités du cœur et de l'esprit , tu as épousé , seigneur Pape , une femme belle , une femme voilée , suivant le conseil du *Deutéronome* ; jeune encore , tu l'avais aperçue dans les rangs ennemis , et alors tu t'en étais épris ; sans être repoussé par les combattans dont tu étais environné , tu l'enlevas avec le bras victorieux du désir : je veux parler de la philosophie , qui , après s'être laissé arracher violemment aux arts sacriléges , après avoir rejeté la chevelure d'une religion vaine , l'orgueil d'une science profane , les plis d'un costume suranné , c'est-à-dire , les détours d'une dialectique sombre , habile à voiler des mœurs hypocrites et corrompues , s'est unie à toi en de mystiques embrassements , purifiée qu'elle était alors . Dès tes plus jeunes années , tu en avais fait ta suivante , ta compagne inséparable , soit lorsque tu t'exerçais dans la palestre des villes , soit lorsque tu te macérais au sein des solitudes profon-

nobilius philosophari ; primum ineffabilem Dei Patris asserere cum Sancti Spiritus æternitate sapientiam ; tum præterea non cæsariem pascere , neque pallio aut clava , velut sophisticis insignibus, gloriari , aut affectare de vestium discretione superbiam , nitore pompam , squalore jactantiam , neque te satis hoc æmulari , quod per gymnasia pingantur Areopagitica , vel Prytaneum , curva cer-
vice Zeusippus , Aratus panda , Zenon fronte con-
tracta , Epicurus cute distenta , Diogenes barba
comante , Socrates coma candente , Aristoteles bra-
chio exerto , Xenocrates crure collecto , Heraclitus
fletu oculis clausis , Democritus risu labris apertis ,
Chrysippus digitis propter numerorum indicia cons-
trictis , Euclides propter mensurarum spatia laxatis ,
Cleanthes propter utrumque corrosionis . Quin potius
experietur quisque conflixerit , Stoicos , Cynicos ,
Peripateticos , Hæresiarchas propriis armis , propriis
quoque concuti machinamentis . Nam sectatores
eorum christiano dogmati ac sensui si repugnave-
rint , mox te magistro ligati vernaculis implicaturis ,
in retia sua præcipites implagabuntur , syllogismis
tuæ propositionis uncatis volubilem tergiversantum
linguam inhamantibus , dum spiris categoricis
lubricas quæstiones tu potius innodas , acrum
more medicorum , qui remedium contra venena ,
cum ratio compellit , et de serpente conficiunt .

des. Elle a été avec toi à l'Athénée, avec toi au monastère ; avec toi elle renonce aux sciences mondaines , avec toi elle célèbre les sciences d'en - haut. Maintenant que tu es uni à cette épouse , quiconque voudra te combattre sentira qu'il s'attaque à l'Académie du Platon de l'Eglise du Christ , et que ta philosophie est pleine de noblesse il sentira d'abord que tu établis la sagesse ineffable de Dieu le Père avec l'éternité du Saint-Esprit ; il sentira encore que tu ne nourris pas ta chevelure , que tu ne mets point ta gloire à porter le manteau ou le bâton , ces insignes des sophistes , que tu ne caches point l'orgueil sous un costume affecté , que tu ne cherches point à briller sous des habits pompeux , que tu ne laisses pas percer une vanité méprisable sous des vêtemens négligés , et que tu n'es pas jaloux de voir représentés dans les gymnases de l'Aréopage , ou dans le Prytanée , Zeusippe la tête penchée , Aratus la tête renfoncée , Zénon le front étroit et sombre , Epicure la peau fraîche et tendue , Diogène la barbe longue et épaisse , Socrate les cheveux blancs , Aristote le bras découvert , Xénocrate la jambe élevée et nue , Héraclite les yeux fermés par les pleurs , Démocrite les lèvres entr'ouvertes par le rire , Chrysippe joignant les dix doigts pour indiquer les nombres , Euclide les séparant pour désigner l'espace et la mesure , Cleanthe les rongeant pour marquer l'un et l'autre ; bien plus , quiconque voudra se mesurer avec toi , verra que les Stoïciens , les Cyniques , les Péripatéticiens , les Hésiarques sont battus par leurs propres raisonnemens , défait par leurs propres armes . Car , si leurs sectateurs se révoltent contre le dogme et le sentiment chrétien , bientôt liés par toi , ils seront enveloppés dans leurs filets ; la langue mobile de ces hommes inconstans se prendra à l'hameçon de tes syllogismes

Sed hoc temporibus istis, sub tuæ tantum vel contemplatione conscientiæ, vel virtute doctrinæ. Nam quis æquali vestigia tua insequatur gressu, cui datum est soli loqui melius quam didiceris, vivere melius quam loquaris? Quocirca merito te beatissimum boni omnes, idque supra omnes tua tempestate concelebrabunt, cujus ita dictis vita factisque dupliciter inclaruit, ut, quandoquidem tuos annos jam dextra numeraverit, seculo prædicatus tuo, desiderandus alieno, utraque laudabilis actione dedecas, te relicturus externis, tua proximis. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

EPISTOLA X.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ APRUNCULO SALUTEM.

REDDIDIT tibi epistolas meas quem mihi tuas offerre par fuerat; nam frater noster Coelestius nuper ad te reversus de Biterrensi, quoddam mihi super statu Injuriosi nostri vinculum cessionis elicuit.

acérés , tu entoureras des spirales de ta logique ces questions glissantes, à peu près comme font ces médecins habiles qui , du serpent même, savent tirer , lorsque l'occasion le demande , un remède contre le poison.

Mais c'en est assez pour , le moment , sur le mérite de ta vertu et sur la force de ton savoir. Quel homme , en effet, pourrait te suivre d'un pas égal, toi à qui seul il a été donné de parler mieux que tu n'as appris , de vivre mieux que tu ne parles? Voilà pourquoi tous les gens de bien et surtout ceux de notre siècle , vanteront à bon droit ton bonheur, toi dont la vie brille du double éclat de l'éloquence et de la vertu , toi qui comptant déjà tes années de la main droite , toi qui loué par tes contemporains et un jour désiré par nos neveux, sortiras de la vie après une carrière honorable en toutes choses, te léguant aux étrangers , laissant tes biens à tes proches. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRE X.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE APRUNCULUS , SALUT.

Tu as reçu ma lettre des mains de celui qui aurait dû me remettre la tienne; car notre frère Cœlestius , revenu naguère de Béziers vers toi , a su m'arracher en faveur de notre Injuriosus un écrit dimissorial , que je lui ai donné autant par respect pour toi que par égard pour •

Quod quidem scripsi non minus tua verecundia fractus quam voluntate : namque nos ultro vestro pudori quasi quibusdam pedibus obsequii decuit occurrere. Quocirca , me quoque volente, posside indulatum, sed liberaliter; nec enim, ut suspicor, plus aliquid hoc genere solatii vel ipse quæsisti. Quem litteris istis non commendatoriis minus quam refusoriis jam placatus insinuo ; sic tamen ut tibi assistat, tibi pareat, te sequatur, atque ut, si permanserit tecum, neutri nostrum judicetur famulus ; si forte discesserit, queratur utrique fugitivus. Memor nostri esse dignare, domine Papa.

— 418 —

EPISTOLA XI.

SIDONIUS DOMINO PAPÆ LUPO SALUTEM.

— 419 —

PROPTER libellum quem non ad vos magis quam per vos missum putastis, epistolam vestram non ad me magis quam in me scriptam recepi. Ad exprobrata respondeo pro æquitate causæ, non pro æqualitate facundiæ ; quanquam quis nunc ego , aut

tes volontés ; je devais , du reste , aller , en quelque sorte , avec les pieds de la condescendance , au-devant de la gêne que tu éprouvais. Je le veux bien , qu'il t'appartienne , mais reçois-le avec bonté , car tu ne t'es pas sans doute proposé d'autre but que de le traiter affectueusement. Par cette lettre , qui n'est pas moins une lettre de recommandation qu'une lettre dimissoriale , je te prie d'avoir soin d'Injuriosus , contre lequel je ne ressens plus rien ; je veux cependant qu'il soit toujours auprès de toi , qu'il t'obéisse , qu'il te suive ; je veux encore que , s'il reste avec toi , il ne soit pas regardé comme notre esclave , mais que s'il vient à s'échapper , nous ayons chacun le droit de le poursuivre comme fugitif. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRE XI.

SIDONIUS AU SEIGNEUR PAPE LUPUS , SALUT.

A cause du livre que vous avez cru être envoyé par vous plutôt que pour vous , il m'est venu de votre main une lettre que vous avez écrite contre moi bien plutôt qu'à moi. Je réponds à vos reproches pour me justifier , et non point pour rivaliser d'éloquence avec vous ; qui suis-je , au surplus ? qu'y a-t-il en moi pour que j'ose

quantus qui agere præsumam, vobis imputantibus,
innocentem? Quocirca delicto huic, quantulumcum-
que est, inter principia confestim supplico ignosci,
diffidentiæ tantum non et superbiæ fassus errorem.
Nam cum mihi rigor censuræ tuæ in litteris æque
ut moribus sit ambifariam contremiscendus, fateor
tamen in voluminis ipsius operisque reseratu illam
mihi fuisse plus oneri, quam prætenditis carita-
tem. Nec citra justum ista conjicio, quandoquidem
mortalium mentibus vis hæc naturalitus inest, ut si
quid perperam fiat, minus indulgeant plus amici.

Scripseram librum, sicut pronuntiatis, plenum
onustumque vario causarum, temporum, persona-
rumque congestu; facturus rem videbar impuden-
tissimam, si tantum mihi cuncta placuissent ut nulla
tibi displicitura confiderem. Huc item, quisquis
judicii eventus foret, vidi partibus meis nequaquam
pietatis ex solido constare rationem, si non saltem
vobis esset anterius allatum volumen, etsi non vi-
deretur oblatum; sub hoc videlicet temperamento,
ut, si forte placuissem, non vos arrogantia præter-
isse; si secus, non vos improbitas expetisse judica-
retrur. Nec sane multo labore me credidi deprecatu-
rum vitatas causas erubescendi. Pariter illud nosse
vos neveram, quod autores in operibus edendis pu-
dor potius quam constantia decet, quodque tetricis
puncta censoribus, tardius procacitas recitatoris,
quam trepidatio excudit. Alioquin si quis est ille, qui
cum fiduciæ prærogativa thematis ante inauditi ope-
ram per vulgatt, incipit exspectationi publicæ, quam-
vis solverit multa, plura redhibere. Præterea quidquid

me dire innocent, lorsque vous m'accusez? Ainsi donc, mon délit, si faible qu'il soit, je vous supplie d'abord de me le pardonner; il est, je l'avoue, l'effet de la défiance de moi-même plutôt que de l'orgueil. Je redoute également la rigueur de votre censure et en fait de lettres et en fait de mœurs; toutefois, je le confesse, à l'ouverture de mon livre, ce qui m'a été le plus pénible, c'est l'affection que vous me témoignez. Et je ne dis point ceci à tort, car telle est la nature de l'esprit humain que, s'il y a quelque chose de défectueux à juger, ce sont les meilleurs amis qui se montrent les moins indulgents.

J'avais écrit un livre, véritable pêle-mêle, comme vous le dites, de matières, d'époques et de personnes; il me semblait que c'eût été une extrême présomption de trouver toutes choses assez bonnes pour croire que rien ne pût vous paraître mauvais, et quel que pût être d'ailleurs votre jugement, j'ai pensé que je manquerais, jusqu'à un certain point, à l'affection que je vous dois, en ne vous envoyant pas d'abord le volume, quand même je n'aurais pas l'air de vous l'offrir; car alors, si par hasard j'avais pu vous plaire, il ne vous eût pas été possible de dire que je vous avais oublié par orgueil; et si je vous avais déplu, alors vous n'auriez pu m'accuser de vous avoir abordé avec importunité. J'ai pensé aussi qu'il ne me serait pas difficile de faire excuser les motifs pour lesquels je me suis dérobé à une certaine honte; d'un autre côté, je le savais bien, vous êtes persuadé que des auteurs doivent, en publiant leurs ouvrages, montrer de la réserve plutôt que de la hardiesse, et qu'avec de l'effronterie il est moins aisé d'arracher son suffrage à un austère censeur qu'avec de la timidité. Puis ensuite, dès qu'on publie avec grand bruit un livre sur

super hujusce rescripti tenore censueris , malui factum confiteri simpliciter , quam trebaciter diffiteri. Dixisset alius : Neminem tibi prætuli , nullas ad ullum peculiares litteras dedi , quem prælatum suspicabare unius epistolæ forma contentus abcessit , atque ea quidem nihil super præsentι negotio defrente. Tu , qui te quereris omissum , tribus loquacissimis paginis fatigatus , potius in nauseam concitaris , dum frequenter insulsæ lectionis verbis inanibus immoraris. Adde quia etiam in hoc , quod forsitan non notasti , reverentiæ tuæ meritorumque ratio servata est , quod sicut tu antistitum cæterorum cathedris , prior est tuus in libro titulus ; illius nomen vix semel tantum et sibi ascripta pagina sonat ; tuo , præter tibi deputatas , frequenter illustranturalienæ. Illud his junge , quod si quid ibi vel causaliter placet , tu per consilium meum lectitas ; ille quandoque per beneficium tuum , qui munusculi mei incassum presus invidia , neandum ad facultatem legendi , ut suspicor , venit , cum jamdiu ipse perveneris ad copiam transferendi. Aio , tanquam non sit holographas membranas arbitraturus , si tamen quod ante percurras , vel exemplar acceperit ; neque enim in iis quæ tracteris ulla culpabitur aut distinctionum raritas , aut frequentia barbarismorum. Nempe ad extremum palam videtur etiam tibi transmissa proprietas , cui usus absque temporis fixi præscriptione transmissus est , quique supradicto tamdiu potes uti libello , ut eum non amplius zothecula tua quam memoria includat. Hæc et his plura fors aliquis. Ego vero cuncta prætereo , et malo precari veniam , quam

une matière neuve , quand même on donnerait beaucoup à l'attente du public , il vous demande davantage. Au surplus , quoi que vous pensiez de ma réponse , j'ai mieux aimé avouer ingénument le fait que de le déguiser avec adresse. Un autre aurait dit : Je ne t'ai préféré personne , je n'ai donné à personne de lettre particulière ; celui qui te paraissait le préféré n'a eu qu'une lettre , encore ne contenait-elle rien qui fût relatif à cette affaire. Toi qui te plains d'être oublié , on te fatigue de trois mortelles pages , capables de te donner la nausée , pendant que tu es là cloué sur des paroles vides et insignifiantes qu'il te faut dévorer. Et ce que tu n'as pas remarqué peut-être , c'est que l'on a eu tous les égards possibles pour ta personne et ton mérite ; que si ton siège est au-dessus de celui des autres pontifes , tu occupes aussi le premier rang dans un de mes livres , tandis que celui que tu t'imagines avoir eu le pas sur toi , se trouve à peine une fois cité et encore dans une lettre qui lui est adressée , tandis que ton nom brille souvent dans les lettres mêmes qui ne sont pas à ton adresse. Ajoutons encore que s'il y a dans mon livre quelque chose qui soit capable de te plaire , tu le lis d'après ma demande , tandis que la personne dont nous parlons , si elle peut quelquefois me lire , ne le fait que grâce à toi ; elle a contre elle tout l'odieux que tu vois dans mon présent , et n'a pu encore , du moins je le pense , lire ce que tu as eu déjà la facilité de transcrire. Je parle comme si cette personne ne devait pas s'imaginer qu'elle a vu mon manuscrit olographe , dans le cas néanmoins où elle aurait reçu une copie revue par toi ; car , en ce que tu auras touché , on ne pourra blâmer ni une mauvaise ponctuation , ni des barbarismes. On dirait même que tu as la propriété de mon ouvrage , toi qui en as la jouissance illimitée et qui peux le garder assez

reatum , si hoc esse creditur , deprecari . Præsentum quoque negligentiam litterarum nunc nec excuso ; primum , quod etsi cupiam , parum cultius scribere queo ; dein , quod libellari opere confecto , animus tandem feriaturus , jam quæ propalare dissimulat , excolere detrectat .

At tamen cum satis tibi , et quidem merito (quidnam enim simile ?) in omnibus cedam , quippe qui in alio genere virtutum , jam per quinquennia decem , non æquævis sacerdotibus tantum , verum et antiquis , quoties collatus antelatusque sis , noveris volo , quamvis questibus quatias astra , atque majorum cineres favillasque in testimonium læsæ caritatis implores , pedem me conflictui tuo , si mutuo super amore certandum est , non retracturum ; quia cum in cæteris rebus , tum foedissimum perquam est in dilectione superari . Quæ velis nolis certa professio convitiis tuis illis cuncta sane blandimentorum mella vincentibus non præter æquum reponderatur . Ecce habes litteras tam garrulas ferme quam requirebas ; quanquam sunt omnes , si quæ uspiam tamen sunt , loquacissimæ . Namque in audentiam sermocinandi quem non ipse compellas , qui omnium , de me enim taceo , litteratorum , licet oculi affectent , sic ingenia producis , ut solet aquam terræ visceribus abscon-

long-temps pour le mettre dans ta mémoire mieux peut-être que dans tes tablettes. Un autre te dirait tout cela , et quelquefois même t'en dirait plus encore. Pour moi , sans insister davantage , j'aime mieux réclamer indulgence que de m'excuser de cette chose , si on la regarde comme coupable ; je ne demande pas même grâce pour cette lettre peu soignée : d'abord , parce que je ne peux , en dépit de mes désirs , donner à mon style qu'assez peu d'élégance ; puis ensuite , parce que , après avoir terminé un écrit quelconque , mon imagination avide de repos refuse de polir ce qu'elle n'ose mettre au jour.

Cependant , comme tu l'emportes de beaucoup sur moi en toutes choses , et qu'il y a justice en cela , car où trouver un homme qui te ressemble , puisque depuis cinquante ans tu as été comparé et préféré tant de fois , non-seulement aux pontifes de notre âge , mais encore à ceux des siècles passés , sache que malgré les plaintes dont tu fatigues le ciel , malgré l'appel que tu fais aux cendres des ancêtres pour les prendre à témoin de l'amitié violée , je ne reculerai pas devant toi s'il faut lutter d'affection ; car s'il est honteux d'être vaincu en toute autre chose , il l'est bien plus de l'être en ceci. Que tu le veuilles , que tu ne le veuilles pas , je réponds avec justice , par cette déclaration , à tes reproches qui sont , du reste , bien au-dessus des plus douces flatteries. Voilà que tu as une lettre presque aussi causeuse que tu la désirais ; au surplus , mes lettres sont toutes très-babillardes , s'il en existe quelque part qui le soient. Car où est l'homme que tu ne forces pas à parler avec liberté ? Les gens de lettres , je ne parle pas de moi , ont beau vouloir se cacher , tu les produis sur la scène , de même qu'un rayon du soleil attire , par sa force absorbante , l'eau cachée dans les

ditam per atomos bibulos radius extrahere solaris ?
Cujus lucis aculeo non sola penetratur aut arena
subtilis , aut humus fossilis ; sed si saxe montis
oppressu fontium conditorum vena celetur , aperit
arcanum liquentis elementi secretorum cœlestium
natura violentior. Ita si quos , vir sacrosancte , studio-
sorum senseris aut quietos , aut verecundos , aut in
obscuro jacentis famæ recessu delitescentes , hos
eloquii tui claritas , artifice confabulatu dum com-
pellat , et publicat.

Sed quorsum ista ? quid morarum est ? Redeamus
ad causam , super cuius abundante blateratu , quia
parco , precor ut errata confessum veniae clementis
indultu placatus impertias , licet , quæ lœtitia tua
sancta quæque communio , copiosius hilarere , si
meæ culpæ defensio potius tibi scripta feratur , quam
satisfactio. Memor nostri esse dignare , domine
Papa.

EPISTOLA XII.

SIDONIUS ORESIO SUO SALUTEM.

VENIT in nostras a te profecta pagina manus ,
quæ trahit multam similitudinem de sale Hispano
in jugis cæso Tarragonensibus : nam recensenti lu-

entailles de la terre. Et ce ne sont pas seulement les sables les plus fins ou la terre que pénètre ce rayon , mais s'il est des sources que recèle une montagne ro- cailleuse , il va , par un art merveilleux , trahir le secret du liquide élément. De même , ô saint personnage , quand il se trouye quelques hommes studieux qui sont inactifs , modestes , ou qui gisent dans l'obscurité , la splendeur de ta parole sait admirablement les prendre et les pro- duire au grand jour.

Mais à quoi bon tout ceci ? pourquoi s'arrêter plus long-temps ? Revenons à notre sujet ; aussi bien c'est assez causé ; je me rends et te prie de te laisser flétrir et de me pardonner sur mon aveu sincère : telle est , du reste , ta bonté , ton amabilité que tu auras plus de plaisir à recevoir par écrit l'excuse de ma faute qu'à en recevoir la réparation. Daigne te souvenir de nous , seigneur Pape.

LETTRE XII.

SIDONIUS A SON CHER ORESIUS , SALUT.

ELLE est venue en mes mains cette lettre écrite par toi , et qui a beaucoup de ressemblance avec le sel d'Es- pagne que l'on tire des mines de Tarragone ; car elle est

cida et salsa est , nec tamen propter hoc ipsum mellea minus ; sermo dulcis et propositionibus acer , sic enim oblectat eloquio quod turbat imperio , quippe qui parum metiens quid ordinis agam , carmina a nobis nunc nova petat . Primum ab exordio religiosæ professionis huic principaliter exercitio renuntiavi , quia nimirum facilitati posset accommodari , si me occupasset levitas versuum quem respicere cœperat gravitas actionum . Tum præterea constat omnem operam , si longa intercapedine quiescat , ægre resumi . Quisnam enim ignoret cunctis , aut artificibus , aut artibus maximum decus usu venire ; cumque studia consueta non frequentantur , brachia in corporibus , ingenia pigrescere in artibus ? Unde est et illud quod sero correptus aut raro , plus arcus manui , jugo bos , equus freno rebellat . Insuper desidiæ nostræ verecundia comes ad hoc sententiam inclinat , ut me , postquam in silentio decurri tres olympiadas , tam pudeat novum poema conficere quam pigateat . Hoc item nefas , etiam difficultia factu tibi negari , cuius affectum tanto minus decipi decet , quanto constantius nil repulsam veretur . Tenebimus ergo quidpiam medium , et sicut epigrammata recentia modo nulla dictabo , ita litteras , si quæ jacebunt versu refertæ , scilicet ante præsentis officii necessitatem , mittam tibi , petens ne tu sis eatenus justitiae prævaricator , ut me opineris nunquam ab hujusmodi conscriptione temperaturum . Neque enim suffragio tuo minus augear , si forte digneris jam modestum potius quam facetum existimare . Vale .

claire et piquante , sans avoir pour cela moins de douceur ; le style en est agréable et la teneur décourageante , car elle me charme autant par l'expression qu'elle me trouble par les ordres qu'elle contient , puisque faisant peu attention à ma profession elle me demande aujourd'hui de nouveaux vers . Depuis que j'ai embrassé l'état ecclésiastique , j'ai absolument renoncé à la poésie , parce que l'on pourrait m'accuser de légèreté si je m'adonnais encore à une chose frivole , quand je ne dois songer qu'à des occupations sérieuses . D'ailleurs , il est difficile , tu ne l'ignores pas , de reprendre un travail négligé depuis long-temps ; qui ne sait , en effet , que l'on ne devient habile dans les arts que par un exercice continu , et que si l'on interrompt ses études accoutumées , on sent bientôt s'engourdir et l'habileté du corps et les forces de l'esprit ? De là vient aussi qu'avec un exercice tardif ou peu fréquent l'arc se trouve rebelle à la main , le bœuf indocile au joug , le cheval impatient du frein . De plus , une certaine pudeur se joignant à ma paresse , me fait croire qu'après avoir passé silencieux trois olympiades , il n'y aurait pas moins de honte que de difficulté à composer encore des vers . D'autre part , c'est mal de te refuser les choses mêmes qui peuvent coûter le plus , et il est d'autant plus inconvenant de tromper ton affection , qu'elle est bien loin de s'attendre à un refus . Je prendrai donc un certain milieu , et sans composer aujourd'hui de nouvelles pièces , s'il me reste quelques lettres entremêlées de vers , écrites avant que je fusse astreint aux devoirs de ma profession actuelle , je te les enverrai , en te priant de ne point être assez injuste pour aller croire que jamais je ne cesserai d'écrire de semblables bagatelles . Je serai fier de ton suffrage , si tu daignes avoir de moi cette opinion que je suis plutôt un homme modeste , qu'un homme spirituel . Adieu .

EPISTOLA XIII.

SIDONIUS TONANTIO SUO SALUTEM.

Est quidem, fateor, versibus meis sententia tua tam plausibilis olim, tam favorabilis, ut poetarum me quibusque lectissimis comparandum putas, certe compluribus anteponendum. Crederem tibi, si non, ut multum sapis, ita quoque multum me amares. Hinc est quod de laudibus meis caritas tua mentiri potest, nec potest fallere. Præter hoc, poscis ut Horatiana incude formatos Asclepiadeos tibi quospiam, quibus inter bibendum pronuntiandis exerceare, transmittam. Pareo injunctis, licet si unquam, modo maxime prosario loquendi genere districtus occupatusque. Denique probabis circa nos, plurima ex parte, metrorum studia refrigescere; non enim promptum est unum eudemque probe facere aliquid et raro.

Jam dudum teretes hendecasyllabos,

Attrito calamis pollice lusimus,

Quos cantare magis pro choriambicis

LETTRÉ XIII.

SIDONIUS A SON CHER TONANTIUS , SALUT.

Ton jugement sur mes vers est, je l'avoue, si flatteur, si favorable depuis long-temps, que tu me compares aux plus grands poètes, et que tu m'accordes même la préférence sur plusieurs d'entre eux. Je serais bien disposé à te croire, si je ne savais que, malgré la délicatesse de ton goût, ton amitié pour moi n'a pas de bornes. Ainsi, elle peut se tromper sur mon compte, mais elle ne peut cesser d'être de bonne foi. Tu me pries donc de te faire passer quelques asclépiades, forgés sur l'enclume d'Horace, pour t'exercer à les déclamer à table. Je t'obéis, quoique maintenant je sois plus que jamais occupé d'un ouvrage en prose. Tu verras que j'ai perdu beaucoup de mon habileté poétique ; il n'est pas aisé, quand on fait rarement une chose, de la faire bien.

« Depuis long-temps nous avions écrit, d'une main usée par la plume, des hendécasyllabes harmonieux, « que tu pourrais chanter plus facilement pour des cho-

Excuso poteras mobilius pede ;
Sed tu per Calabri tramitis aggerem
Vis ut nostra dehinc cursitet orbita,
Qua Flaccus lyricos Pindaricum ad melos
Frenis flexit equos plectripotentibus ,
Dum metro quatitur chorda Glyconio,
Necnon Alcaico , vel Pherecratio ,
Juncto Lesbiaco , sive Anapæstico ;
Vernans per varii carminis eclogas ,
Verborum violis multicoloribus.
Istud , da veniam , fingere vatibus
Priscis difficile est , difficile et mihi ,
Ut diversa sonans os epigrammata
Nil crebras titubet propter epistolas ,
Quas cantu ac modulis luxuriantibus
Lascivire vetat mascula dictio.
Istud vix Leo , rex Castalii chori ,
Vix , hunc qui sequitur , Lampridius queat ,
Declamans gemini pondere sub styli
Coram discipulis Burdegalensibus .
Hoc me teque decet , parce , precor , jocis ;
Quæso , pollicitam servet ad extimum
Oratoris opus cura modestiam ,
Quo nil deterius , si fuerit simul
In primis rigidus , mollis in ultimis.

QUINIMO quoties epulo mensæ lautioris hilarabere ,
religiosis , quod magis approbo , narrationibus vaca .
His proferendis confabulatio frequens , his re-
dicendis sollicitus auditus inserviat . Certe si sa-
luberrimus avocamentis , ut qui adhuc juvenis ,
tepidius infleteris , a Platonico Madaurensi saltem
formulas mutuare convivalium quæstionum ; quo-

« riambes. Tu veux que désormais je porte mes pas sur
« le chemin du poète calabrois, dans les lieux où Flaccus,
« rival de Pindare, dirigea ses coursiers lyriques guidés
« par des rênes brillantes, et au son d'une lyre dont les
« cordes vibraient sous le glyconique, sous l'alcaïque,
« sous le phrécratien, sous le lesbien, sous l'anapeste,
« tandis que sa parole, au milieu de ces rythmes divers,
« se colorait de l'éclat des fleurs les plus belles. Il serait
« difficile pour les poètes anciens (pardonne mon ex-
« pression), il est surtout difficile pour moi, en com-
« posant différens genres de vers, de ne pas trébucher
« quelquefois, accoutumé que je suis à écrire des lettres,
« dont le ton grave repousse l'exubérance des richesses
« poétiques. De tels obstacles seraient à peine surmontés
« par Léon, roi du chœur de Castalie, ou par Lampri-
« dius qui le suit de près, et qui, par sa prose comme
« par ses vers, se fait admirer de ses disciples à Bor-
« deaux. Eh bien ! ce qu'ils pourraient à peine, il nous
« faut l'essayer ; ne va pas rire. Conservons jusqu'à la
« fin la modestie dont nous avons fait preuve, car il n'y
« a rien de plus déplacé, après s'être montré difficile
« d'abord, que de devenir ensuite trop facile. »

J'aime mieux, lorsque tu seras au milieu des joies
de quelque grand festin, que tu racontes des histoires
pieuses ; fais-en le sujet ordinaire de tes conversations ;
qu'on aime à te les entendre répéter. Du moins, si des
amusemens salutaires ne peuvent que faiblement captiver
la jeunesse, emprunte au Platonicien de Madaure quelques
formules de questions de table, et, pour devenir plus
habile en cette matière, tâche de les résoudre quand

que reddaris instructior, has solve propositas, has propone solvendas, iisque te studiis, et dum otiaris, exerce.

Sed quia mentio conviviorum semel incidit, tuque sic carmen nobis vel ad aliam causam personamque compositum sedulo exposcis, ut me ejus edendi diutius habere non possis hæsitatorem, suscipe libens quod temporibus Augusti Majoriani, cum rogatu cuiusdam sodalis ad coenam conveniremus, in Petri librum, magistri epistolarum, subito prolatum subitus effudi, meis quoque contubernalibus, dum rex convivii circa ordinandum moras nectit oxygarum, Domnulo, Severiano atque Lampridio paria pangentibus (jactanter hoc dixi, imo meliora) quos undique urbium adscitos Imperator in unam civitatem, invitator in unam cœnam forte contraxerat. Id moræ tantum, dum genera metrorum sorte partimur. Placuit namque pro caritate collegii, licet omnibus eadem scribendi materia existeret, non uno tamen epigrammata singulorum genere proferri, ne quispiam nostrum qui cæteris dixisset exilius, verecundia primum, post morderetur invidia. Etenim citius agnoscitur in quocumque recitante, si quo cæteri metro canat, an eo quoque scribat ingenio. Tu vero tunc oportunius subjecta laudabis, cum totum te socio indulseris. Non enim justum est ut censor incipias cum severitate discutere, quod non potuit amicus cum serietate dictare.

Age, convocata pubes;

Locus, hora, mensa, causa

elles te sont proposées , quelquefois de les proposer aux autres ; exerce-toi à ce genre d'étude , même pendant tes loisirs .

Mais , puisqu'il est question de festins , et que tu me demandes avec tant d'empressement des vers composés sur quelque sujet que ce soit , et pour une personne quelconque , je ne peux hésiter plus long-temps à satisfaire ton désir ; reçois donc ceux que j'improvisai du temps de Majorianus Auguste , à l'occasion du livre de Pétrus , grand maître des lettres . Un de mes amis m'avait invité à souper avec Domnulus , Sévérianus et Lampridius , que l'empereur avait appelés de différens lieux en une même ville , et qui se trouvaient alors réunis en un même repas ; tandis que le roi du festin donne ses ordres pour le premier service , mes trois convives écrivaient aussi des vers comme moi , que dis-je ? c'est trop de présomption , ils écrivaient des vers meilleurs que les miens . La seule chose qui nous retarda , ce fut le temps que nous mêmes à tirer au sort le mètre qui devait échoir à chacun de nous . Par égard les uns pour les autres , quoique nous eussions à traiter le même sujet , nous convînmes pourtant de le traiter en des mètres divers , afin d'épargner à celui dont la pièce aurait été inférieure à celle des autres , l'humiliation d'abord , et ensuite l'envie ; car il est aisé , lorsque vous débitez des vers composés sur un rythme employé par un rival , de voir si vous avez le même talent que lui . Pour toi , tu pourras mieux juger de ce que je te soumets , lorsque tu te seras abandonné tout entier à la joie des festins . Il n'est pas juste , en effet , que tu examines en censeur sévère ce que ton ami n'a pu écrire avec un esprit parfaitement calme .

« Sus donc , brillante jeunesse rassemblée autour de
« moi ; le lieu , l'heure , le moment , le sujet , tout vous

Jubet ut volumen istud ,
Quod et aure et ore discis ,
Studiis in astra tollas .
Petrus est tibi legendus ,
In utraque disciplina
Satis institutus auctor .
Celebremus ergo , fratres ,
Pia festa litterarum .
Peragat diem cadentem
Dape , poculis , choreis
Genialis apparatus .

Rutilum toteuma byssō ,
Rutilusque ferte blassas ,
Recoquente quas aheno
Melibœa fucat unda ,
Opulentet ut meraco
Bilulum colore vellus .
Peregrina det supellex
Ctesiphontis ac Niphatis
Juga texta , belluasque
Rapidas vacante panno ,
Acuit quibus furorem
Bene ficta plaga coco ,
Jaculoque seu forante
Cruor incuruentus exit .
Ubi torvus , et per artem
Resupina flexus ora ,
It equo , reditque telo
Simulacra bestiarum
Fugiens fugansque Parthus .
Nive pulchriora lina
Gerat orbis , atque lauris
Hederisque pampinisque
Viridantibus tegatur .
Cytisos , crocos , amellos ,
Casias , ligustra , calthas
Calathi ferant capaces ,
Redolentibus sertis
Abacum torosque pingant .

“ ordonne d'élever jusqu'aux cieux ce volume dont vous
“ aimez à entendre et à chanter les vers. Il vous faut
“ lire les ouvrages de Pétrus , lui qui est si habile dans
“ tous les genres. Célébrons , ô mes amis , la douce
“ fête des lettres. Ce jour qui va finir , qu'il se termine
“ gaîment au milieu des mets , des coupes et des danses.

“ Apportez les coussins éclatans de lin , apportez la
“ pourpre resplendissante que l'onde mélibéenne bouil-
“ lonnant dans l'airain embellit d'une couleur riche et
“ pure. Que des tapisseries étrangères nous retracent les
“ sommets de Ctésiphon et du Niphate , des bêtes fa-
“ rouches courant avec rapidité sur une toile immobile
“ que l'on voie leur fureur excitée par une plaie habi-
“ lement représentée , et d'où coule un sang imaginaire ,
“ comme si le trait les avait percées. Que le Parthe aux
“ regards étincelans et la tête tournée en arrière voltige
“ avec adresse sur un coursier léger , qu'il s'échappe ,
“ qu'il revienne et lance un nouveau trait , qu'il fuie et
“ mette en fuite ces bêtes féroces qui respirent sur la
“ toile.

“ Que la table circulaire soit couverte d'un lin plus
“ blanc que la neige , et chargée de lauriers , de lierres
“ et de pampres verdoyans. Remplissez de cytise , de
“ safran , d'amelle , de romarin , de troène , de souci ,
“ les larges corbeilles , et entourez de guirlandes odo-
“ riférantes le buffet et les lits. Qu'une main parfumée
“ d'amome dispose vos cheveux en désordre; et que la
“ vapeur des parfums d'Arabie embaume l'air autour de

Manus uncta succo amomina
Domet hispidos capillos,
Arabumque messe pinguis
Petat alta tecta fumus.
Veniente nocte necnon
Numerosus erigatur
Laquearibus coruscis
Cameræ in superna lychnus;
Oleumque nescientes,
Adipesque glutinosos,
Utero tumente fundant
Opobalsamum lucernæ.

Geruli caput plicantes
Anaglyptico metallo
Epulas superbiores
Humeris ferant onustis.
Pateræ, scyphi, lebetes,
Socient Falerna nardo,
Tripodasque cantharosque
Rosa utilis coronet.
Juvat ire per corollas
Alabastra ventilantes;
Juvat et vago rotatu
Dare fracta membra ludo,
Simulare vel trementes
Pede, veste, voce Bacchas.
Bimari remittat urbe
Thymelen Palemque doctas
Tepidas ad officinas
Citharistrias Corinthus,
Digiti quibus caientes,
Pariter sonante lingua,
Vice pectinis fatigent
Animata fila pulsu.
Date et æra fistulata,
Satyris amica nudis;
Date ravulos choraulas,
Quibus antra per palati
Crepulis reflanda buccis

« nous. A l'approche de la nuit, que des lustres nom-
« breux s'allument à la voûte sous d'éclatans lambris ;
« que, proscrivant l'huile et les graisses visqueuses, le
« baume oriental brûle seul dans les vastes lampes.

« Que les serviteurs, la tête inclinée sous des plats
« ciselés et ornés de figures en relief, apportent sur leurs
« épaules les mets les plus exquis. Les coupes, les verres,
« les bassins, remplissez-les de Falerne mêlé avec le
« nard; couronnez de roses les carafes et les trépieds. Il
« est agréable d'errer entre des guirlandes qui battent les
« vases d'albâtre ; il est agréable, en des rondes légères,
« de livrer à un jeu folâtre nos membres fatigués, et
« d'imiter les Ménades dans nos pas chancelans, dans
« nos habits, dans notre voix. Que la superbe Corinthe,
« assise entre deux mers, nous envoie ses doctes musi-
« ciennes, ses habiles joueuses de harpe, dont les doigts
« harmonieux, pendant qu'elles s'accompagnent de leur
« chant, font résonner les cordes comme l'archet les
« fait parler sur le violon.

« Donnez-nous la flûte aimée des satyres nus ;
« donnez-nous ces heureux amphions, qui, roulant
« avec art leur langue sous leur palais, savent tirer de
« leurs instrumens des sons doux et plaintifs. Donnez-

Gemit aura tibialis.
Date carminata socco ,
Date dicta sub cothurno ,
Date quidquid advocati ,
Date quidquid et poetæ
Vario strepunt in actu :
Petrus hæc et illa transit.
Opus editum tenemus ,
Bimetra quod arte texens
Iter asperum viasque
Labyrinthicas cucurrit.
Sed in omnibus laborans
Et ab omnibus probatus ,
Rapit hinc et inde palmam ,
Per et ora docta fertur.
Procul hinc et Hippocrenen
Aganippicosque fontes ,
Et Apollinem canorum
Comitantibus Camoenis
Abigamus , et Minervam
Quasi presulem canendi .
Removete facta fatu :
Deus ista præstat unus .
Stupuit virum loquentem
Diadematis potestas ,
Toga , miles , ordo equester
Populusque Romularis ;
Et adhuc sophos voluntat
Fora , templa , rura , castra .
Super hæc , fragorem alumno
Padus , atque civitatum
Dat amor Ligusticarum .
Similis favor resultat
Rhodanitidas per urbes ,
Imitatiturque Gallos
Feritas Ibericorum .
Nec in hoc moratus axe
Cito ad arva perget Euri ,
Aquilonibusque et Austris
Zephyrisque perferetur .

« nous tout ce que l'on récite avec le brodequin , donnez-
« nous tout ce que l'on déclame avec le cothurne , don-
« nez-nous tout ce que les orateurs , tout ce que les
« poètes ont produit de plus admirable : Pétrus est au-
« dessus de tout cela. Nous avons enfin cet ouvrage
« écrit en prose et en vers , dans lequel il a pris un
« chemin difficile et des routes inextricables. L'auteur
« aborde tous les genres et obtient tous les suffrages ; de
« côté et d'autre on le vante , les hommes plus doctes
« célèbrent sa louange. Loin d'ici et la source d'Hyp-
« pocrène , et les ondes Aganippiques , et Apollon qui
« chante accompagné des Muses , et Minerve qui préside
« à l'harmonie ; loin de nous toutes ces fictions , un Dieu
« mortel les surpasse.

« L'empereur , le sénat , l'ordre équestre et le peuple
« romain ont admiré la parole de cet homme ; les places
« publiques , les temples , les cités , les campagnes re-
« tentissent encore d'applaudissemens. Le Pô et les villes
« de la Ligurie s'enorgueillissent avec amour d'un tel
« nourrisson. Les cités que baigne le Rhône célèbrent
« aussi sa gloire , et l'Ibère sauvage imitera le Gaulois.
« La renommée de Pétrus ne s'arrêtera pas dans ces
« régions , elle volera jusques aux lieux où soufflent
« l'Eurus , l'Aquilon , l'Auster et le Zéphyr. »

Ecce dum quæro quid cantes , ipse cantavi. Tales enim nugas in imo scrinii fundo muribus perforatas , post annos circiter viginti profero in lucem , quales pari tempore absentans , cum domum rediit , Ulysses invenire potuisset. Proinde peto ut præsentibus ludicris libenter ignoscas. Illud vero nec verecunde , nec impudenter injungo , ut quod ipse de familiaris mei integro libro pronuntiavi , hoc tu quasi sollicitatus exempli necessitate de meo sentias. Vale.

EPISTOLA XIV.

SIDONIUS BURGUNDIONI SUO SALUTEM.

DUPPLICITER excrucior quod nostrum uterque lecto tenetur ; nihil enim est durius quam cum præsentes amici dividuntur communione languoris ; quippe si accidat , ut nec intra unum conclave decumbant , nulla sunt verba , nulla sunt solatia , nulla denique mutui oratus vicissitudo. Itaque singulis moeror ingens , isque plus de altero ; nam parum possis , quanquam et infirmus , periclitante quem diligas , tibi timere. Sed Deus mihi , fili amantissime ,

Voilà qu'en cherchant quelque chose que tu puisses chanter, j'ai chanté moi-même. De semblables bagatelles qui reposaient au fond de mon coffre et que rongeaient les rats , je les mets au jour après vingt ans , dans l'état où Ulysse , qui fut absent un nombre égal d'années , eût pu les trouver à son retour. Je te prie donc de vouloir bien te montrer indulgent pour ce badinage. Mais je te le recommande sans modestie , comme sans impudeur ; le jugement que j'ai porté sur tout le livre de mon ami , porte-le , toi aussi , à mon exemple , sur mes compositions. Adieu.

LETTRE XIV.

SIDONIUS A SON CHER BURGUNDIO , SALUT.

JE suis doublement chagrin de ce que nous sommes tous deux alités. Il n'y a rien de si dur pour des amis présens que de se voir séparés l'un de l'autre par une même maladie ; car s'ils ne couchent point dans la même chambre , ils ne peuvent ni s'entretenir , ni se consoler , ni s'entr'aider. Ils éprouvent donc chacun en particulier une grande affliction , et s'attristent l'un sur l'autre; car l'on ne peut guère , quoique malade , appréhender pour soi , quand celui que l'on aime se trouve en danger. Cependant , mon fils bien-aimé , Dieu vient de m'ôter

pro te paventi validissimum scrupulum excussit,
quia pristinas incipis vires recuperare. Diceris enim
jam velle consurgere, quodque plus opto, jam posse.
Me certe taliter consulis, et sollicitudine prope præ-
coqua quæstiunculis litterarum, jam quasi ex asse
vegetus exerces, audire plus ambiens, etsi adhuc
æger, Socratem de moribus quam Hippocratem de
corporibus disputantem; dignus omnino, quem
plausibilibus Roma foveret ulnis, quoque recitante
crepitantis Athenæi subsellia cuneata quaterentur.
Quod procul dubio consequebare, si pacis locique
conditio permitteret, ut illic senatoriæ juventutis
contubernio mixtus eruditore. Cujus te gloriæ pariter
ac famæ capacem, de orationis tuæ qualitate conjecto,
in qua decentissime te nuper pronuntiante, quæ
quidem scripseras extemporaliter, admirabantur
benevoli, mirabantur superbi, morabantur periti.
Sed ne impudenter verecundiam tuam laudibus
nimiis ultro premamus, præconia tua justius de te
quam tibi scribimus. Hoc potius unde est causa ser-
monis intromittamus.

Igitur interrogas per pugillatorem, quos recur-
rentes asseram versus, ut celer explicem, sed sub
exemplo. Ii nimirum sunt recurrentes qui, metro
stante, neque litteris loco motis, ut ab exordio ad
terminum, sic a fine releguntur ad summum. Sic
est illud antiquum:

Roma tibi subito motibus ibit amor.
Et illud:
Sole medere pede, ede percede melos.

une terrible inquiétude à ton sujet , car j'apprends que tu recoures tes forces ; l'on dit que tu veux te lever, et, ce qui m'est bien plus agréable , que tu le peux déjà. Tu me consultes, et , avec une sollicitude un peu hâtive, tu m'adresses quelques petites questions littéraires , comme si tu étais entièrement rétabli; quoique malade encore, tu aimes bien mieux entendre Socrate discourant sur l'ame, qu'Hippocrate dissertant sur les corps. Tu serais bien digne des tendres applaudissements de Rome , tu mériterais d'entendre les bancs de l'Athènée retentir à ta parole, et tu pourrais obtenir sans doute cet honneur , si le temps et les lieux permettaient que tu te formasses dans les rangs de la jeunesse sénatoriale. Ce qui me fait penser que tu serais capable d'arriver à une telle gloire et à un tel renom , c'est le mérite de ce discours que tu avais écrit à la hâte et que tu débitas naguère avec une dignité qui te faisait applaudir par tes amis , admirer par les hommes difficiles , estimer par les connaisseurs. Mais je ne veux pas blesser ta modestie en te donnant des louanges outrées , et je fais ton éloge plutôt que je ne te l'adresse. Venons-en donc à ce qui fait l'objet de cette lettre.

Tu me pries , par le porteur , de t'expliquer au plus tôt ce que j'entends par des vers rétrogrades, et de t'en donner des exemples. On appelle ainsi des vers qui , sans que la mesure soit dérangée ni les lettres changées de place , présentent les mêmes mots, soit qu'on les lise dans leur ordre naturel , soit qu'on remonte de la fin au commencement. Tel est cet ancien vers :

Roma tibi subito motibus ibit amor.

Et cet autre :

Sole medere pede , ede perede melos.

Necnon habentur pro recurrentibus , qui pedum lege servata , etsi non per singulos apices , per singula tamen verba replicantur , ut est unum distichon meum , qualia reor et quidem legi multa multorum , quod de rivulo lusi , qui repentina procellarum pastus illapsu , publicumque aggerem confragoso diluvio supergressus , subdita culta viæ inundaverat , quanquam depositurus insanam mox abundantiam , quippe quam pluviis appendicibus intumescentem , nil superna venæ pcrennis pondera inflarent . Igitur istic , nam viator adveneram , dum magis ripam quam vadum quæro , tali jocatus epigrammate , per turbulenti terga torrentis , his saltem pedibus incessi :

Præcipiti modo quod decurrat tramite flumen

Tempore consumptum jam cito deficiet.

Hos si recurras , ita legitur :

Deficit cito jam consumptum tempore flumen

Tramite decurrat quod modo præcipiti.

Ecce habes versus , quorum syllabatim mirere rationem . Cæterum pompam , quam non habent , non docebunt . Sufficienter indicasse me suspicor , quod tu requirendum existimasti . Simile quiddam facis et ipse , si proposita restitucas , eque diverso , quæ repeteris expediias . Namque eminenti tibi thematis celeberrimi votiva redhibitio , laus videlicet pero-

On appelle encore vers rétrogrades ceux qui conservent la même mesure pour les pieds, en reprenant non pas chaque lettre, mais chaque mot, depuis le dernier jusqu'au premier ; tel est ce distique (et j'ai lu beaucoup de vers de ce genre) que j'ai fait sur un petit ruisseau, qui, s'étant tout-à-coup grossi par un orage, avait inondé le grand chemin et les terres labourées des environs, mais qui devait bientôt perdre la folle exubérance de ses eaux gonflées par des pluies passagères, puisqu'il n'avait d'ailleurs aucune source féconde pour l'alimenter encore. J'arrivai là, et, tout en cherchant la rive plutôt que le gué, je me mis à faire ces vers badins ; ce fut du moins avec de tels pieds que je franchis ce torrent débordé :

Præcipiti modo quod decurrit tramite flumen,
Tempore consumptum jam cito deficit.

En retournant ces vers, tu les liras ainsi :

Deficit cito jam consumptum tempore flumen

Tramite decurrit quod modo præcipiti.

Voilà des vers dont tu peux examiner la disposition syllabe par syllabe ; au reste, ne va pas leur demander l'élegance qu'ils sont loin d'avoir. Je crois t'avoir indiqué suffisamment ce que tu désirais savoir. C'est à toi maintenant de m'obliger en faisant ce que je te propose, et en m'envoyant ce que je viens à mon tour te demander. Tu as un magnifique devoir à remplir, car tu m'as promis de prononcer publiquement cet éloge de Jules César,

randa , quam edideras Cæsaris Julii. Quæ materia tam grandis est , ut , studentum si quis fuerit ille copiosissimus , nihil amplius in ipsa debeat cavere , quam ne quid minus dicat. Nam si omittantur quæ de titulis dictatoris invicti scripta Patavinis sunt voluminibus , quis opera Suetonii , quis Juventii Martialis historiam , quisve ad extremum Balbi ephemeridem fando adæquaverit ? Sed tuis ceris hæc reservamus. Officii magis nostri est auditoribus scamna componere , et præparare aures fragoribus intonaturis , dumque virtutes tu dicis alienas , nos moliamur tuas dicere. Neque vereare me quospiam judices Catonianos advocaturum , qui modo invidiam , modo ignorantiam suam fictæ severitatis velamine tegant ; quanquam imperitis venia debetur ; cæterum quisquis ita malus est , ut intelligat bene scripta , nec tamen laudet , hunc boni intelligent , nec tamen laudant.

Proinde curas tuas hoc metu absolvo ; faventes audiunt cuncti , cuncti foventes , gaudiisque quæ facies recitaturus , una fruemur. Nam plerique laudabunt facundiam tuam , plurimi ingenium , toti pudorem. Non enim minus laudi feretur , adolescentem , vel , quod est pulchrius , pene adhuc puerum , de palæstra publici examinis tam morum referre suffragia , quam litterarum. Vale.

que tu as mis au jour. La matière est si riche , que l'écrivain le plus fécond ne doit rien tant appréhender que de rester au-dessous du sujet. Quand on ne parlerait pas des éloges que l'historien de Padoue a décernés à l'invincible dictateur , qui pourrait jamais égaler le style de Suétонius dans ses œuvres , celui de Juventius Martialis , dans son Histoire , ou enfin celui de Balbus dans son Ephéméride ? Mais ceci est un soin qui te concerne ; mon devoir , à moi , c'est de préparer des bancs à tes auditeurs , de disposer les oreilles à entendre le fracas des applaudissements , et de célébrer ta louange pendant que tu prononceras l'éloge d'autrui. Ne crains pas que j'amène des juges graves comme Caton , et qui déguisent sous le voile d'une sévérité simulée leur jalouse ou leur ignorance. L'on doit , il est vrai , de l'indulgence à l'inhabileté ; cependant , s'il est des hommes assez méchants pour ne pas louer un ouvrage qu'ils savent trouver bien écrit , les gens de bien ne les louent pas eux non plus , tout en sachant les reconnaître pour habiles.

Ainsi donc , ne va pas te tourmenter d'une vaine crainte ; tout le monde t'écouterá avec bienveillance , tout le monde applaudira , et nous jouirons ensemble du plaisir que ta parole nous procurera. La plupart loueront ton éloquence , beaucoup vanteront ton génie , tous s'émerveilleront de ta modestie ; car , pour un jeune homme , ou , ce qui est plus beau , pour un enfant , en quelque sorte , il n'est pas moins glorieux d'obtenir les applaudissements du public à cause de son caractère , que de les obtenir à cause de ses talens. Adieu.

PISTOLA XV.

SIDONIUS GELASIO SUO SALUTEM.

PROBAS , neque deprecor , me deliquisse ; deliqui quippe , qui necdum nomine tuo ulla operi meo litteras junxerim. Sed tamen scribis tum quod erraverim veniable fore , si quod et ipse decantes mittam ab exemplo , quia scilicet Tonantio meo , ad parem causam futuras usui litteras bimetras miserim. Præter hoc quereris paginam meam , si resolvatur in lumen , solis hendecasyllabis frequentari. Qua de re , trochaica garrulitate suspensa , senariolos aliquos plus requiris. Servio injunctis ; tu modo placidus accipias , sive odam hanc ipsam mavis vocare , sive eclogam. Nam metrum diu infrequentatum durius texitur.

Jubes , amice , nostra per volumina
Modis resultet incitatoribus
Ferox iambus et trochæus hactenus ,
Pigrasque bigas et quaterna tempora
Spondeus addat , ut moram volucripes
Habeat parumper insitam trimetria ;
Resonetque mixtus ille pes celerrimus ,

LETTRÉ XV.

SIDONIUS A SON CHER GELASIUS, SALUT.

Tu prétends que je t'ai offensé , et c'est une chose que j'avoue franchement , car je t'ai offensé en ne mettant dans ce recueil aucune lettre qui porte ton nom. Tu ajoutes cependant que ma faute sera pardonnable , si je t'envoie quelque chose que tu puisses chanter , comme j'ai envoyé à mon ami Tonantius une lettre en prose et en vers pour le même usage. Tu te plains , en outre , de ce que mes pages , lorsqu'elles prennent le ton badin , n'admettent que des hendécasyllabes ; tu veux donc que , renonçant à mes trochées , je t'adresse de préférence des vers de six pieds. Je t'obéis ; reçois d'une manière bienveillante cette pièce que tu pourras appeler ode ou églogue , comme tu voudras. On a de la peine à écrire dans un genre que l'on n'a pas abordé depuis long-temps.

« Tu veux , ô mon ami , que je fasse retentir dans
« mon volume le cruel iambe et le trochée ; tu veux que
« le spondée amène ses biges paresseux et ses quatre
« temps , afin que le rapide trimètre éprouve quelque
« retard ; tu veux que je fasse résonner ce pied si léger
« qui jadis , à bon droit , emprunta son nom de la

Bene nuncupatus quondam ab arte Pyrricha,
Loco locandus undecumque in ultimo ;
Spondam daturus et subinde versui ,
Modo in priore parte , nunc in extima
Anapæstus , ipse quanquam et absolutius
Pronuntietur , cum secuta tertia
Geminæ brevique longa adhæret syllaba.

Quæ temperare vix valet gregarius
Poeta , ut ipse cernis esse Solium .
In pectine errat , nec per ora concava
Vaga lingua flexum competenter explicat ;
Epos sed istud aptius paraverit
Leo , Leonis aut secutus orbitas
Cantu in latino , cum prior sit attico ,
Consentiorum qui superstes est patri ,
Fide , voce , metris , ad fluenta Pegasi
Cecinisse dictus omniforme canticum ;
Quotiesque verba Graia carminaverit ,
Tenuisse celsa junctus astra Pindaro ,
Montemque victor isse per biverticem
Nulli secundus inter astra Delphica .
At uterque vatum si lyræ poetica
Latiare carmen aptet absque dorico ,
Venusina , Flacce , plectra ineptus exeras ,
Iapygisque verna cycnus Aufidi ,
Atacem sonare cum suis oloribus ,
Cana et canora colla victus , ingemas .

Nec ista sola sunt perita pectora ,
Licit et peritis hæc peritiora sint .
Severianus ista rhetor altius ,
Afer vaferque Domnulus politius ,
Scholasticusque sub rotundioribus
Petrus camœnis dictitasset acrius ,
Epistolaris usquequaque nec stylus
Virum vetaret ut stupenda pangeret .
Potuissest ista semper efficacius ,
Humo atque gente cretus in Ligustide
Proculus , melodis insonare pulsibus

« danse pyrrhique , et qu'il faut toujours mettre à la dernière place ; tu veux que je fasse paraître l'anapest qui doit quelquefois servir de limite au commencement ou à la fin du vers , et qui n'est anapest que lorsqu'une troisième syllabe longue vient après deux syllabes brèves .

« Un poète ordinaire , comme tu vois que l'est ton ami Sollius , ne sait guère mélanger avec bonheur ces diverses espèces de pieds ; ma voix impuissante n'enfante que des sons vagues et indécis . L'homme qui peut le mieux réussir dans ce genre de vers , c'est Léo ; c'est encore celui qui , marchant à la suite de Léo , se trouve le second dans la poésie latine , et occupe le premier rang dans la poésie grecque ; c'est celui qui survit au père des Consentius . Il a écrits sur les bords de la fontaine de Pégase toutes sortes de vers admirables ; dans ses poésies grecques , il s'élève jusqu'aux nues à côté de Pindare , et , sur la double colline , aucun poète ne brille autant que lui . Mais lorsque ces deux hommes manient la lyre latine seulement , la lyre de Flaccus paraît muette , et le cygne de l'Aufidus vaincu gémira de voir le triomphe des cygnes harmoneux de l'Atax .

« Et ce ne sont pas là nos seuls poètes habiles , quoiqu'ils soient plus habiles que les autres . Le rhéteur Sévérianus montrerait plus d'élévation ; l'Africain Domnulus , plus de politesse et d'élegance ; le docte Pétrus , plus de vigueur et d'harmonie ; et l'habitude du style épistolaire n'empêcherait point celui-ci de composer des vers admirables . Le Ligurien Proculus déployerait sur sa lyre mélodieuse des sons plus rassisans , lui qui , dans ses vers délicats , rivalise avec

Limans faceta quæque sic poemata ,
Venetam lacesat ut favore Mantuam ;
Homericaeque par et ipse gloriae
Rotas Maronis arte sectans comparo .
Ego corde et ore jure despabilis ,
Quid inter hosce , te rogante , garriam ,
Loquacitatis impudentiam probans ,
Animique vota destituta litteris ?
Sed quid negabo nec pudore territus ?
Amor timere nescit ; inde parui .
Ignoisce desueta repetenti , atque ob impleta quæ
jusseras , nihil amplius quam raritatis indulgentiam
præstolaturo . Cæterum mihi similia post si jusseris ,
quo queam magis fieri obsequens , curabis ad vicem
carminis aut dictare quæ cantem aut saltare quæ
rideam . Vale .

EPISTOLA XVI.

SIDONIUS FIRMINO SUO SALUTEM.

Si recordaris , domine fili , hoc mihi injunxeras
ut hic nonus libellus , peculiariter tibi dictatus , cæ-
teris octo copularetur , quos ad Constantium scripsi ,

“ Mantoue la Vénète , et , se mettant au niveau de la
“ gloire homérique , s'avance l'égal de Virgile.

“ Moi qui n'ai rien de noble ni dans les pensées , ni
“ dans le style , que pourrais-je dire , même à ta de-
“ mande , au milieu de ces personnages illustres , sans
“ tomber en un verbiage importun , et sans montrer
“ que mon style est loin de répondre à mes désirs ? Que
“ te refuser , cependant , lorsque la honte elle-même ne
“ peut m'arrêter ? L'amour ne connaît pas la crainte :
“ voilà pourquoi je t'ai obéi . ”

Ne sois pas difficile , car je me suis remis à un travail
interrompu depuis long-temps ; après avoir condescendu
à ta demande , je n'ai d'autre droit à l'indulgence , que
mon peu d'exercice dans cette matière. Du reste , si tu
m'imposes par la suite une pareille obligation , tu auras
soin , pour que je puisse te satisfaire plus facilement ,
ou de me dicter des choses que je puisse chanter , ou
d'exécuter une danse qui puisse me faire rire. Adieu.

LETTRE XVI.

SIDONIUS A SON CHER FIRMINUS , SALUT.

Si tu te le rappelles , seigneur fils , tu m'avais ordonné
d'ajouter ce neuvième livre , écrit spécialement pour toi ,
aux huit autres livres que j'ai adressés à Constantius ,

virum singularis ingenii , salutaris consilii , certe in tractatibus publicis cæteros eloquentes , seu diversa sive paria decernat , præstantioris facundiæ dotibus antecellentem . Sponsio impleta est , non quidem exacte , sed vel instanter . Nam peragratis forte dice- cesibus , cum domum veni , si quod schedium temere jacens chartulis putribus ac veternosis continebatur , raptim coactimque translator festinus exscripsi , tempore hiberno nil retardatus quin actutum jussa complerem , licet antiquarium moraretur insiccabilis gelu pagina et calamo durior gutta , quam judicasses im- primentibus digitis non fluere , sed frangi . Sic quo- que tamen compotem officii prius agere curavi , quam duodecimum nostrum , quem Numæ mensem vos nuncupatis , Favonius flatu teporto pluviisque nata- libus maritaret . Restat ut , te arbitro , non repos- carur res omnino discrepantissimas , maturitatem celeritatemque . Nam quotiens liber quispiam scribi cito jubetur , non tantum honorem spectat auctor a merito , quantum ab obsequio . De reliquo , quia tibi nuper ad Gelasium virum sat benignissimum missos iambicos placuisse pronuntias , per hos te quoque Mitylenæi oppidi vernulas munerabor .

TUAS VITIATRIS RUM NOS I' ZINOGIS

Jam per alternum pelagus loquendi
Egit audacem mea cymba cursum ,
Nec bipertito timuit fluento
Flectere clavum .

personnage d'un talent remarquable , d'une prudence salutaire , et qui , dans les affaires publiques , l'emporte par son éloquence merveilleuse sur les orateurs les plus habiles , soit qu'il soutienne le même avis , soit qu'il soutienne un avis contraire. Voilà ma promesse remplie , si ce n'est avec exactitude , du moins avec empressement. Car , après avoir parcouru mon diocèse , je me suis mis , une fois de retour chez moi , à chercher les lettres qui pouvaient se trouver çà et là dans mes vieux papiers , à les faire copier aussitôt et à la hâte , sans être empêché par l'hiver , qui régnait alors , d'accomplir ton ordre à l'heure même , quoique le copiste fût retardé par le froid qui ne permettait point à la page de sécher , et qui rendait les gouttes d'encre trop dures à la plume , de sorte qu'elles semblaient moins couler que se briser sous les doigts de l'écrivain. J'ai tâché , toutefois , de mettre fin à l'œuvre avant que les zéphyrs , de leurs tièdes haleines et de leurs bienfaisantes rosées , vinssent féconder notre douzième mois , que vous appelez , vous , le mois de Numa. Ne va pas maintenant chercher dans ce livre des choses bien opposées , la perfection et la célérité ; car , toutes les fois que l'on demande à un auteur de composer un ouvrage en peu de temps , il a droit à des éloges , moins sous le rapport du mérite que sous le rapport de l'obéissance. Au reste , puisque tu as été content , me dis-tu , des iambes que j'ai envoyés dernièrement à Gélasius , personnage si bon , je vais te récompenser par le don que je te fais de ces petits esclaves de Mitylène.

« Déjà , pilote audacieux , j'ai fait voler mon vaisseau
« sur la mer de la prose et sur celle de la poésie ; je n'ai
« pas craint de diriger le gouvernail au sein des flots
« périlleux .

Solvit antennas , legit alta vela ,
Palmulam ponit manus , atque transtris
Littori junctis , petit osculandam
Saltus arenam .
Mussitans quanquam chorus invidorum
Prodat hirritu rabiem canino ,
Nil palam sane loquitur pavetque
Publica puncta .
Verberant puppem , quaunt carinam ,
Ventilant spondas laterum rotundas ,
Arborem circa volitant sinistræ
Sibila linguae .
Nos tamen rectam comite arte proram ,
Nil tumescentes veriti procellas ,
Sistimus portu , geminæ potiti
Fronde coronæ :
Quam mihi indulxit populus Quirini ,
Blattifer vel quam tribuit senatus ,
Quam peritorum dedit ordo censors
Judiciorum ;
Cum meis poni statuam perennem
Nerva Trajanus titulis videret ,
Inter auctores utriusque fixam
Bibliothecæ ;
Quamque post visus prope post bilustre
Tempus , accepi capiens honorem
Qui patrum ac plebis simul unus olim
Jura gubernat .

« L'antenne baissée , les voiles pliées , déjà ma main
« quitte l'aviron ; déjà je touche au rivage fortuné , et
« je m'élançe sur le sable et le baise avec transport.

« La rage de mes ennemis pousse des murmures ;
« semblables à des chiens qui menacent , ils grondent
« en grinçant des dents , et n'osent pourtant éclater ,
« retenus par la crainte d'un public équitable.

« Les sifflements de l'envie frappent la poupe , agitent
« la quille de mon vaisseau , en assiégent les flancs
« arrondis , et voltigent autour du mât.

« Néanmoins , habile nocher , sans redouter la tem-
« pête , j'arrive au port la proue droite , et l'on ceint
« mon front d'une double couronne.

« L'une m'a été donnée par le peuple romain , par le
« sénat qui revêt la pourpre , par l'avis unanime de juges
« habiles ;

« Alors que Nerva Trajan voyait s'élever à mon hon-
« neur une statue glorieuse , placée entre les statues des
« fondateurs des deux bibliothèques.

« L'autre couronne , je l'ai reçue , lorsque , après environ
« deux lustres , on m'a vu à Rome de nouveau , et que
« j'ai été honoré de la charge qui , seule à présent ,
« maintient les droits du peuple et du sénat.

Præter heroos , joca multa multis
Texui pannis ; elegos frequenter
Subditos senis pedibus rotavi
Commate bino.

Nunc per undenas equitare suetus
Syllabas , lusi celer ; atque metro
Sapphico creber cecini , citato
Rarus iambo.

Nec recordari queo quanta quondam
Scripserim primo juvenis calore ,
Unde pars major utinam taceri
Possit et abdi !

Nam senectutis propiore meta
Quidquid extremis sociamur annis ,
Plus pudet si quid leve lusit ætas
Nunc reminisci.

Quod perhorrescens ad epistolaram
Transtuli cultum genus omne curæ ,
Ne reus cantu petulantiore ,

Sim reus actu ;
Neu puter solvi per amœna dicta ,
Schema si chartis phalerasque jungam ,
Clerici ne quid maculet rigorem

Fama poetae ,
Denique ad quodvis epigramma posthac

« Auteur de vers héroïques , souvent je me suis exercé
« dans les poésies légères ; souvent j'ai tourné des vers
« élégiaques , et de ces vers à double césure , qui marchent
« sur six pieds.

« Souvent encore ma plume s'est familiarisée avec les
« vers de onze syllabes ; souvent j'ai chanté en vers
« sapphiques , mais j'ai rarement employé l'iambe rapide
« et précipité.

« Je ne puis me rappeler combien d'ouvrages me sont
« échappés dans la première chaleur de la jeunesse. Plût
« à Dieu que la plus grande partie fût tombée dans un
« profond oubli !

« Car , plus nous approchons de la limite dernière et
« des dernières années de la vie , plus aussi nous éprou-
« vons de honte à la pensée des frivoles productions de
« notre jeunesse.

« Moi-même , tout effrayé , je me suis consacré entière-
« ment au genre épistolaire ; coupable déjà par la liberté
« de mes chants , je craindrais de le devenir par celle de
« mes actions.

« Je craindrais qu'on ne pensât que la gaîté de mes
« poésies influe sur mon ame , si je recherche les grâces
« et les charmes de l'art ; je craindrais que la réputation
« du poète ne portât quelque atteinte à la vie pure et
« austère du ministre de Dieu.

« Non , je ne me laisserai plus aller à écrire quelque

Non ferar pronus , teneroque metro
Vel gravi , nullum cito cogar exhinc
Promere carmen .

Persecutorum nisi quæstiones
Forsitan dicam meritosque cœlum
Martyres mortis pretio parasse
Præmia vita .

E quibus primum mihi psallat hymnus
Qui Tolosatem tenuit cathedram ,
De gradu summo Capitoliorum
Præcipitatum .

Quem negatorem Jovis ac Minervæ ,
Et crucis Christi bona confitentem
Vinxit ad tauri latus injugati
Plebs furibunda ;

Ut per abruptum bove concitato
Spargeret cursus lacerum cadaver ,
Cautibus tinctis calida soluti
Pulte cerebri .

Post Saturninum volo plectra cantent
Quos patronorum reliquos probavi ,
Anxio duros mihi per labores
Auxiliatos .
Singulos quos nunc pia nuncupatim
Non valent versu cohibere verba ,
Quos tamen chordæ nequeunt sonare ,
Corda sonabunt .

« pièce que ce soit ; ni vers tendres , ni vers sérieux , je
« n'écrirai plus rien désormais.

« Je reprendrai peut-être mes chants , mais ce sera
« pour célébrer les martyrs , dont le courage , vainqueur
« des tortures , a mérité le ciel et gagné la récompense
« de l'éternelle vie.

« Avant tout , je célébrerai dans mes hymnes le
« pontife qui occupa le siège de Toulouse , et qui fut
« précipité du haut du Capitole.

« Refusant d'offrir de l'encens à Jupiter et à Minerve ,
« il confessait hautement la croix salutaire du Christ ;
« soudain la populace furieuse l'attache à la queue d'un
« taureau indompté ,


« qui l'emporte dans sa course effrénée. Ses membres
« déchirés en pièces sont dispersés , et sa cervelle fu-
« mante rejoaillit , brisée par les cailloux.

« Après Saturnin , c'est vous que je chanterai , vous
« que j'ai choisis pour patrons , et qui m'avez secouru
« dans mes jours orageux.

« Vous tous dont les noms sacrés ne sauraient se
« placer un à un dans mes vers ; si les cordes de ma lyre
« ne peuvent pas vous célébrer , mon cœur du moins
« vous bénira. »

Redeamus in finem ad oratorium stylum, materia-
teriam praesentem proposito semel ordine termina-
turi, ne si epilogis musicis opus prosarium clause-
rimus, secundum regulas Flacci, ubi amphora
cœpit institui, urceus potius exisse videatur. Vale.

Revenons au style épistolaire ; terminons cet ouvrage par le genre que nous avons adopté d'abord ; car donner un épilogue en vers à un ouvrage de prose ce serait, comme dit Flaccus , faire un vase grossier après avoir commencé une amphore.



quodammodo non accidit : quodammodo non accidit
quodammodo : hoc in bono enim cum sit etiam est
bonum : secundum quod accidit in eis non est aliud
bonum nisi idem quod est in eis : secundum illud autem
quod accidit in eis non est aliud bonum nisi idem

NOTES.

LETTRE PREMIÈRE.

FIRMINUS, né dans la ville d'Arles, était d'une famille distinguée; les trois évêques, disciples de St. Césaire, qui ont écrit la vie de ce prélat, donnent de grands éloges à Firminus, parce qu'il reçut le jeune religieux, venu de Lerins à Arles pour y rétablir sa santé. « Erat igitur Firminus illustris et timens Deum, et proxima illius matresfamilias Gregoria, illustrissima seminarum in urbe Arelatensi, quorum studio et vigilantia curaque circa clerum et monachos, circaque cives et pauperes civitatis prædictæ reddebatur illustrior.... Qui S. Cæsarium ad se causa misericordiæ receperunt. » *Act. Sanct.*, 27 Aug., pag. 65.

